tributio auctoris pateat, et quae resecta sunt et resarciri possunt, restituta petantur. Ad quam conficiendam maximum adiumentum fuit Gaii liber, cui in summis rebus rerumque divisionibus cum Ulpiano convenit, neque Gaii ratio et Ulpiani aliter fere differunt ac differunt Institutiones ab Regulis, id est iuris civilis rudimenta a summis praeceptis iuris enucleati. Institutiones ut par est auctores quam plurimos nominant scholarumque controversias diligenter explicant; contra praecepta si recte numeravi non nisi bis auctores citant (*11.*§28. *13.*§2.) totidemque controversiarum meminerunt (*1.* §20. *11.* §28). Gaii sermo commodus et facilis est tamquam scholarum, ita ut interdum (maxime *2.*62...64.) ad alia plane deveniat quam quae initio sibi proposuerat; contra Ulpiani Regulae ea brevitate, perspicuitate, proprietate conscripta sunt, quam adhuc secuti sumus omnes, assecutus est nemo. Quo magis autem et ratione et consilio libri inter se differunt, eo diligentius attendendum est ad verborum divisionumque similitudinem ubivis fere conspicuam, quae tanta est, ut Gaii compendium, quod iam Ulpiani aetate passim lectum esse consentaneum est, huic in Regulis scribendis ad manum fuisse haud improbabiliter videamur suspicari. Qua in re cui persuaserit Leistius, ut mihi persuasit, Gaiani libri ordinem proprium esse auctoris, cui ad iuris civilis rudimenta tribus libris explicata praetorii quoque summam quarto libro adiungere propositum esset, is non poterit non maxime commoveri, cum hunc Gaianum ordinem ab Ulpiano servatum esse persentiscet. Diligentissime propterea, ubicumque Ulpianum a Gaio recedere viderit, rationes causasque explorabit, neque frustra hoc fecerit, cum singulis fere locis re considerata intelleget, quid voluerit Ulpianus, denique ordine mutato quid commodi consecutus sit vel etiam incommodi; nam hoc quoque interdum accidit, ut nova additamenta iustum ordinem turbarent, quod factum est titulis de nuptiis et dotibus insertis in medium locum qui est de patria potestate. Sed haec melius cognoscentur ex tabula adiuncta, quae Ulpiani libri ordinem sistit cum Gaiano collatum et subinde notulis

illustratum; neque enim expedit neque necesse est ea docere, quae qui legere scit, non intellegere non possit. Hoc loco sufficiat quasi per indicem admonuisse eorum locorum, quos Ulpianus addidit: qui sunt in exordio locus de iure non scripto; in iure personarum loci de manumissionibus testamentariis, de nuptiis dotibusque, de condicione caelibum et orborum; in iure hereditario qui heres institui possit, de senatus consultis Tertulliano et Orfitiano, de successione patronorum in bona libertorum ex iure civili; item eorum locorum quos auxit: quales sunt loci de partibus iuris, de edicto successorio; denique quibus locis enarrationis ordinem mutaverit, ut fecit in manumissionibus, in tutelis, in causis dominii adquirendi, in testamentis et fideicommissis explicandis. Contra quae Gaius habet, ea omnia redeunt apud Ulpianum, vel si qua minora desiderantur, consulto ea resecta esse apparet. Omnino tota res ita comparata est, ut Ulpianus librum Regularum ad Gaianas Institutiones aut ipse exegisse putandus sit, aut ita scripsisse ac si ad eum esset exigendus.

Patefacto ordine, quem sibi Ulpianus proposuerat, iam appareat necesse est, quid voluerit ille nescio quis qui librum in breviorem formam contraxit. Primum videmus nusquam extare vincula illa et quasi quaedam ligamenta iuris in artem redacti, dico divisiones. Non praemittitur titulo de adquisitione rerum distinctio inter adquisitiones rerum singularum et per universitatem adquisitiones; non comparet in iuris hereditarii limine divisio successionum in testamentarias et ab intestato venientes, non in manumissionibus ordiendis divisio hominum in servos et liberos, liberorum in ingenuos et libertinos, non alia complura pervulgata et quasi decantata exordia. Iam cum qui currum vel navem sedulo fabricavit faber nullus ipse clavos soluturus sit, quibus asseres compegit, cum praeterea exordium partis tertiae de actionibus, quod ex Ulpiani regulis digesta servarunt, Ulpianum divisiones more consueto posuisse ostendat, certius nihil esse potest quam divisiones has ab eo resectas esse, qui librum in compendium redegit. Quod recte fecit, si compendium foro

destinabat; nihil enim ad praetorem illud *Omnes homines aut servos esse aut liberos.* Contra si scholae destinasset, omnia alia potius abiecisset quam fulcra haec memoriae atque doctrinae. At qui conficiebat huius modi epitomen ad fori usum, mirum esset si praeter illa inutilia ut sibi viderentur exordia non omisisset etiam ea quae novae leges vel quae vetustas abolevisset; neque coniectura nos fallit. Ubicumque auctor ius quod tradebat, in desuetudinem abiisse confessus est, ibi fere hodie hiatus apparet. Insigne huius modi omissionis exemplum est locus de gentiliciis hereditatibus, qui in Collatione servatus est, in hac nostra epitome post *27*.1. desideratur. Similiter testamentorum duorum antiquissimorum in calatis comitiis et in procinctu enarrationem *20*.§2. (ante verba 'his duobus') excisam esse Böckingius pervidit. Deest item caducorum vindicatio heredum et legatariorum patrum post tit. *17*., quae certe explicanda fuit, quippe ad quam respicerent paragraphi duae *1*.25. *25*.17., sed omissa est a breviatore, qui lectis Ulpianis verbis *17*. § 2. ita defungi sibi posse videretur, ut reciperet ius antiquum liberum et parentum a Caracallo servatum; quae ipsa causa potest fuisse cur ius patrum *1*. § 21. deleret. Deesse porro videntur de summa in legatis permissa leges antiquiores *24*. § 32., de quibus certe si tacuit auctor, male tacuit, cum legis Furiae mentionem iniecisset *1*.§2., *28*.§ 7.; item constitutiones antiquiores de testamento militari *20*.§ 10., ubi fortasse inter *Augustus* et *Marcus* quaedam neglegenter resecta sunt; alia praeterea multa, quae certo definiri iam non possunt. Paucissimi qui in epitoma supersunt loci de iure obsoleto, merito explicantur ex breviatoris incredibili socordia et stupiditate, quae eum nusquam recta mente sibi constare passae sunt; quales loci sunt *1*.§8. *11*.§8., ut tamen de hoc suspicari possis mendosum *sustinet*, quod est in epitoma, lectum iam esse in codice integri operis ab epitomatore adhibito, eumque veram scriptoris sententiam non esse assecutum. — Praeter haec, quae antiquata esse ipse Ulpianus epitomatorem suum docebat, idem alia quoque capita abiecit, quae abolita esse aliunde didicisset. Quorum maxime memo-

rabile est caput de caelibe et orbo, ita mutilatum, ut poenae caelibatus omnes omitterentur, orbitatis autem eae quae ad extraneorum hereditates pertinuerant, unde factum est ut rubricae DE CAELIBE ET ORBO et DE POENA LEGIS IVLIAE iam non habeant quo referantur; remanserunt solae poenae orbitatis in coniugum successione. Itaque novit epitomator Constantini legem anni p.Chr.320. (L.un.Th.C. de infirmandis poenis caelibatus et orbitatis *8.* 16), qua sublatae sunt poenae et caelibatus et orbitatis, ut tamen leges de iis quae coniugi a coniuge capere liceret, integrae manerent; novit, inquam, et ad hanc normam epitomen instituit. Reliquit locum de vetitis nuptiis (tit. *13.*) et de vacatione legitima inter primum et secundum matrimonium (tit. *14.*). Videlicet imperite nuptias lege Iulia prohibitas opinatus est esse iure civili nullas, cum essent ita ratae, ut a poenis caelibatus non liberarent; item vacationem mulieris post mortem vel discidium lege praescriptam esse, cum tantum permitteretur; unde ad utrumque caput Constantini legem non pertinere male credidit. Contra recte retinuit quae de poenis orbitatis inter coniuges Ulpianus exposuerat (tit. *15.16.*); item caput de caducis, ubi tamen *17.* § 1. caelibem delere oblitus est, ut similiter delendae erant paragraphi 3. 4. tit. *16.* Lege Constantini cum ius liberorum quoque restringeretur (L.un. § 1. cit.) ut in sola successione coniugum fortasse adhuc vigeret, fieri potest, ut epitomator hac re commotus id retinuerit *16.* § 1., cum aliis locis deleret, ut *11.* § 28. '*feminae autem tutela liberantur* [iure liberorum]', item fortasse *1.* § 17.: '*mulier quae in tutela est, item pupillus et pupilla manu mittere non possunt*', praesertim cum hoc loco plura videantur resecta esse; vix enim potuit omitti tutoris mentio, quo adhibito et mulieri et pupillo manumittere omnino licet (Göschen, Ztschr. für gesch. Rechtswiss. t. *3.* p. 267.). Denique fieri potest, ut ob hanc ipsam causam verba *aut propter liberos* *6.* § 7. inscitus breviator deleverit. Contra non attendit ad ius liberorum *26.* § 8. *29.* §§ 3.6.7. — Simili ratione versatus est epitomator in capite de personis alieno iuri subiectis. Locum de potestate totum recepit; ex secundo de manu non posuit nisi ritum confarrea-

tionis; locum de his qui in mancipio sunt, totum suppressit, nisi quod in rubrica tit. *10.* 'QVI IN POTESTATE MANCIPIOVE SVNT QVEM AD MODVM EO IVRE LIBERENTVR' mancipium memoratur, manus desideratur. Causa facile deprehenditur: manum obsolevisse aut Ulpianus dixerat aut scriptor aliunde norat; quare tota omissa est, sed confarreatio retenta, quam novo iure a manu seiunctam esse dixerat sine dubio Ulpianus, ut dixit Gaius *1*.136. Item mancipii causam epitomator didicerat non superesse nisi dicis causa in emancipatione; unde retenta est eo loco quo agitur de potestate solvenda, reliquis suppressa. — Quod in partibus iuris explicandis desiderantur plebiscita, senatus consulta, constitutiones principum, edicta, responsa, incidit quidem hic locus in initium libri casu imperfectum, sed tamen ne haec quidem casu videntur excidisse. Cum enim loci de legibus extrema pars totusque de moribus locus integra ad nos pervenerint eaque quae requirimus, media olim fuerint inter leges et mores, iure hic quoque hiatus non casu putatur extitisse sed consilio epitomatoris, cuius vix intererat docere constitutiones principum legis vicem obtinere. — Quod si in recensu satis longo retentionum ex dote faciendarum duae extremae mutilatae sunt, in modis quibus Latini ius Quiritium consequantur enumerandis duo item extremi plane desiderantur, hiatus hos neque a mero errore neque a certo consilio repetiverim, sed a taedio librarii festinantis a longa rerum minimarum enarratione ad maiora et graviora. Mirum quidem est 7. § 2. nominari rerum amotarum actionem uxoris contra virum, quae nominatur rarissime, taceri actionem viri contra mulierem, quae multo magis celebratur; neque tamen huius rei ullam causam perspicio, nisi aut librarii mendum aut scriptoris neglegentiam. Similiter iudicandum est de hiatibus quibusdam minoribus, ut est is de quo supra dixi *1.* §17., similiterque *1.*§19.: *seruus in quo alterius est usus fructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manu missus liber non fit, sed seruus sine domino est,* [donec manet ususfructus; quo finito Latinus efficitur.]' Sic enim docere, ut id omittas, quo omisso reliqua imperfecta et vix vera inveniuntur, si qui-

dem docere hoc est, non decipere, epitomatoris fuit, minime Ulpiani.

Dixi de iis quae epitomator resecuit; videamus num praeterea quaedam interpolarit. Pauca ea esse omnes consentiunt eaque ipsa re magnopere augetur praestantissimi libri utilitas, quod error quidem et inscitia multis modis in eum, neque vero petulantia et lubido grassatae sunt; sunt tamen quae in hoc quoque genere commiserit epitomator, maxime in rubricis, de quibus copiose et diligenter Schillingius spec. I. p.5.sq. exposuit. Rubricas positas esse ab ipso Ulpiano non est cur dubitemus, cum praesertim Collatio huius libri titulos nominatim citet; at eorum qui nunc leguntur novem et viginti titulorum certe non possunt esse auctoris ii, qui contra verum ordinem interpositi sunt et aliquotiens ne Latine quidem scripti, ut secundus 'DE STATV LIBERVM VEL LIBERIS' et vigesimus septimus 'DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS VEL BONIS'. Et melius omittetur uterque; caput enim de statuliberis non est nisi pars tituli de manumissionibus testamento, caput de bonis libertorum pertinet ad titulum de legitimis hereditatibus. Item septimus 'DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM' male conceptus est; primum enim numquam praeterea in his titulis ius rei nominatur, sed ipsa de qua agitur res, habentque item Paulus S.R.*2*.23. Dig.*24*.1. Iust. Cod.*5*.16. rubricam eandem sic conceptam 'DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM', deinde inscriptio haec neque argumento tituli convenit et enarrationis ordinem turbat. Similiter tertius 'DE LATINIS' non apte indicat quae sub hac rubrica leguntur. Quartus 'DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT', item quintus 'DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT' ne hi quidem videntur ab Ulpiano profecti, sed ab epitomatore ex omissis divisionibus retenti; accedit quod quae in altero leguntur, Collatio citat ex titulo 'DE NVPTIIS.' Idem cadere videtur in decimum nonum 'DE DOMINIIS ET ADQVISITIONIBVS RERVM', in quo offendit pluralis numerus. *) Denique num genuini sint decimus quintus 'DE DECIMIS', decimus sextus 'DE SO-

*) Sed librarii, non epitomatoris culpae is adscribendus est. Bg.

LIDI CAPACITATE INTER VIRVM ET VXOREM', decimus octavus 'QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS', in dubium vocari potest; minora enim haec argumenta vix singulis titulis sufficiebant. Reliquas rubricas antiquas iudico; vigesimam sextam Collatio citat similiter, nisi quod pro *hereditatibus* epitomator scripsit *heredibus*. In ipsis sententiis de una interpolatione constat, dico notam substitutionem *ingenuorum* pro *gentiliciorum* vocabulo (*26.* §1.), quod mutavit epitomator eadem ratione, qua mox delevit verba '*nunc nec gentilicia iura in usu sunt.*' Praeterea qui conferet quae alii ex regulis Ulpiani attulerunt cum epitomae verbis (videatur Schilling. diss. p. 17.sq.), offendet *5.* § 6. in additis vocabulis otiosis *infinite* et *filiam*, item in eo quod pro *nec-nec* epitoma posuit *aut-aut*; quae etsi per se levia sunt, tamen coniuncta habent aliquod momentum, quod si non suspiciose attamen caute librum ut legamus suadeat.

Exposui quae epitomator resecuerit vel mutarit. Casu orti hiatus paulo maiores non reperiuntur nisi duo initio et fine. Qui utrum ex mutila eius libri quem epitomator excerpendum sibi sumpsit condicione descendant, an ipsa epitome temporis labe has mutilationes perpessa sit, quaeri et potest et debet. Qui hiatus illos a genuini operis volumine aliquo casu mutilato repetunt, ii titulorum indice epitomae praefixo nituntur, qui cum non habeat nisi titulos adhuc superstites, sane vitia illa se antiquiora esse docet. Quare acta res est, modo constet ipsam epitomen eiusque indicem rubricarum ab eodem homine proficisci. Quod tamen ita mihi dubium esse videtur, ut contra affirmare ausim indicem hunc ad epitomam aliquanto post esse adiectum et fortasse ab ipso demum librario, qui scripsit codicem Vaticanum. Primum summus rubricarum libri ipsius indicisque consensus ad litterulam usque vel in minimis erroribus, ut *2.* DE STATV LIBERVM, *13.* DE CELE, facile explicatur, si hunc quem tenemus indicem ex hoc quem tenemus libro excerptum esse statuimus; quod si per aliquot codicum generationes rubricae et in indice et in opere propagatae essent, huius rei quaedam vestigia in lectionibus diversis extare debere et

ratio suadet et epistularum Tullianarum codices aliaque similia exempla docent. Deinde facile intellegitur quam ob causam ad epitomam indicem addiderit codicis Vaticani scriptor; nempe et breviarium quod praecedit, et sine dubio leges Germanicae etiam quae sequuntur, cum eiusmodi titulorum elenchum prae se ferrent, qui epitomam adiecit librarius ne eam quidem indice carere passus est. Denique locum velim attendas quo index legitur. Si est pars genuina epitomae, restitutio Lachmanniana, qua meliorem certe nemo excogitabit, locum ei adsignavit post caput De iuris partibus ante caput De libertis; quod tam absurdum est, ut ne inepto quidem illi breviatori probabiliter tribuatur. Contra facile omnia procedunt, modo sumamus titulorum indicem proficisci sive a scriptore codicis Vaticani sive a scriptore archetypi eius plane similis, nam utri debeatur, explicari neque potest neque interest. Habuit hic epitomae codicem et initio et fine carentem, cuius primum folium sic esset comparatum:

| *pagina recta, versuum XVII* | *pagina versa, versuum XVII* |
|---|---|
| fol.191 a $\alpha$ vv. 23...34 prohibet exceptis... | fol.190 b $\beta$ vv.3...5. moris sunt... inueteratus |
| fol.191 a $\beta$ vv.1...6 .... prima lege | fol.191 a $\alpha$ vv.9...22 DE LIBERTIS... firmat. |

Iam folium primum cum solutum inveniret scriptor, invertit versamque rectae anteposuit; deinde cum indicem titulorum conscripsisset, eum inseruit quo uno loco potuit ante primum titulum, et pauca verba praecedentia *Mores sunt tacitus consensus populi longa consuetudine inueteratus,* pro nescio qua praefatione vel libri inscriptione habuit. Quae erroris explicatio cum longe simplicior esse et commodiorem ordinem efficere mihi videtur quam proposita a Lachmanno, tum eo commendatur quod qui Lachmannum sequitur, is post *1*,9. totam dimidiam paginam intercidisse statuat necesse est, cum tamen operis ordo et natura ibi multo brevius flagitet supplementum, tale fere: *quae confirmat* [testamento. Latini sunt liberti qui voluntate domini in libertate morantur; quos olim praetor tueri solebat in possessione libertatis,] *hodie*

*autem ipso iure liberi sunt ex lege Iunia.* Quae mihi videntur intercidisse in codicis quem descripsimus mutilati folii secundi margine superiore aliquantum attrita. — Haec si recte exposuimus, epitomae editor futurus titulorum indicem in marginem reiiciat oportet, ut pote additamentum librarii recentioris, deinde librum significet cum mancum esse a principio, quo tamen plus unum folium sive triginta sex fere versus quales sunt codicis Vaticani (*Lachmann. Ztschr. für gesch. Rechtsw.* t.9. p.177.) non videntur intercidisse, tum in fine deesse permulta: iuris hereditarii partem extremam, item ius obligationum, denique partem tertiam de actionibus. Sequitur porro ut numeri quoque titulis praefixi non epitomatoris sint, sed librarii, qui ad exemplum breviarii eos rubricis praefixerit; sane si epitomatori titulos numerare placuisset, non omisisset locum de partibus iuris suo numero notare. Denique quod attinet ad libri inscriptionem INCIPIVNT TITVLI EX CORPORE VLPIANI, iam Lachmannus hoc recte posuit *titulorum* verbum non ad librum ipsum referendum esse, sed ad indicem rubricarum. Ulpiani nomen epitomator cum non potuerit neque ex inscriptione neque ex subscriptione codicis archetypi utroque loco mutili, videtur recepisse ex paginarum superscriptione, qualem ostendunt Vindobonenses Ulpianarum institutionum laciniae. Verba *ex corpore*, qui quae supra posui probarit, et ipsa non referet ad epitomatorem, sed ad Vaticani codicis vel eius archetypi librarium. Explicantur autem ex usu communi iuris auctorum Francicorum, quales sunt qui scripserunt Breviarii appendicem auctam et Consultationem*), qui doctrinae suae fundamentum ut Itali aliquanto postea ius Iustinianeum ita sibi Breviarium Alaricianum sumpserant. Respicientes hi ut videtur ad interpretationis verba L. 3. Th. C. de resp. prud. I.4.: *Scaeuola, Sabinus Iulianus atque Marcellus in suis cor-*

*) Rudorffius (*Ztsch. für gesch. Rechtswiss. t.13. p.61.sq.*) quod hanc inter annos 438. et 450. scriptam existimat, non satis probavit; neque enim video cur sexti saeculi auctor imperatores dudum defunctos non appellarit sacratissimos principes. Ipsa illa de qua loquimur citandi ratio tempus aliquanto posterius indicat.

*poribus non inueniuntur,* ita fere citant: *Ex corpore Paulli, Ex corpore Gregoriani.* Similiterque legitur in codicibus breviarii compluribus *Ex Paulli sententiarum corpore, Ex corpore Gregoriani, Tituli ex corpore Hermogeniani,* denique *Incipit liber Hermogeniani ex corpore Gregoriani,* scilicet quod Hermogenianus codex appendix erat Gregoriani eodem volumine comprehensa; ubi apparet corpus esse opus integrum, volumen. Contra appendix breviarii antiquior hoc citandi modo non utitur itemque breviarii codices meliores eiusmodi inscriptiones videntur ignorare. Quod si ita est, illud *Ex corpore* non epitomator inscripsit, sed librarius qui mutilam epitomam ad breviarium tamquam appendicem adiunxit illamque cum hoc quantum fieri potuit exaequavit.

Iam ut tempora recte teneamus, pauca restant addenda. Regularum liber scriptus est ab Ulpiano imperante Caracallo. In epitomam usus forensis causa idem liber redactus est resectis multis, paucis mutatis post annum 320. (vide p.113.) neque tamen fortasse multo post; certe quae in epitoma leguntur de diis heredibus instituendis, is vix retinuisset cuius aetate publicus paganorum cultus plane exoleverat, neque edito Breviario Alariciano hoc libro opus fuisse potest videri. Quamquam non ignoro quam parum certa sint huius generis argumenta. Denique illam epitomam vel potius eius reliquias breviarii librarius aliquis huic adiunxit eodem plane instituto, quo appendices ab Haenelio p. 452. sq. editas ex Paulo, Gregoriano, Theodosiano integris compilatas alii scriptores addiderunt, quo Vesontini libri scriptor Pauli epitomam addidit, alii alia. Quod quo loco et tempore factum sit, demonstrari quidem non potest, sed tamen animadvertant velim viri docti formulam testamenti saeculi septimi in S. Dionysii tabulario servati (v. *Savigny, Gesch. des R.R.t.2.p.*119.): *ita do, ita lego, ita testor, itaque uos Quirites mihi testimonium perhibetote.* Quae formula cum sic non occurrat nisi apud Gaium genuinum et in hoc Ulpiani libro (diversa enim refertur ab Isidoro 4.24.), Gaium autem illa aetas plane videatur ignorasse, ex Ulpiano nostro petita videri potest. Praeterea ne hoc quidem neglegendum, codicem Ulpiani olim servatum esse videri in

coenobio Floriacensi ad Ligerim, cuius coenobii codices complures et fortasse chartae quoque pervenerint postea ad S. Dionysii monasterium. Quae si vera sunt, nonne sic nobis indicatur in Aurelianensi provincia saeculo sexto vel septimo iuris studiosus aliquis, qui codicem Ulpiani Vaticani nostri archetypum primus cum breviario coniunxerit eoque usus sit in testamentis scribendis? Sed incerta haec et fortasse vana; certius hoc est quocumque tempore Ulpianus factus sit breviarii appendix, eodem titulorum indicem, ut nunc legitur, et numeros itemque libri inscriptionem primum accessisse.

# DOMITII VLPIANI
# INSTITVTIONVM
## LOCI QVI SVPERSVNT

TVM QVOS

IN BIBLIOTHECA PALATINA VINDOBONENSI

REPPERIT

STEPHANVS ENDLICHER

TVM QVI

MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIONE
BOETHII COMMENTARIO IN CICERONIS TOPICA
ATQVE
IVSTINIANI IMP. DIGESTIS
CONSERVATI SVNT.

EMENDAVIT DISTINXIT ET ADNOTAVIT

EDVARDVS BÖCKING.

# PRAEFATIO.

Ex Ulpiani Institutionibus, quarum duos libros fuisse Index Florentinus testatur, quos inter scriptorum classis sive farraginis Sabinianae, ut ita dicam, fasciculum decimum quartum rettulisse eos qui iussu Iustiniani imp. Digesta composuerunt, iam exploratum est[1], tredecim nobis supersunt Pandectarum loci et quinque Mosaicarum et Romanarum legum Collationis novissima capita. neque enim quae Boethius ex „Institutis" Ulpiani in commentarios ad Ciceronis Topica transsumpsit[2], quantum immutata sint liquet, neque quos locos Isidori Hispalensis Originum liber quintus iisdem procul dubio Institutionibus debeat[3], compertum habemus. Sub Antonino Caracalla imp. Ulpianum Institutiones composuisse demonstrat ex iisdem desumptus locus quo Romanarum et Mosaicarum legum Collatio clauditur.

Singularis temporum invidia non solum innumerabilem praestantissimorum librorum multitudinem nobis eripuit; verum etiam, ut de aliis veterum auctorum, imprimis iuris conditorum, permultis scriptis, ita vix quicquam certi de ordine, quo in pertractandis iuris elementis excellentissimus Ulpianus olim usus fuerit nos scire passa est; cum vel eorum locorum quos ex huius ICti Institutionibus in Digesta Legemque Dei transisse indicavi[4], ita partim comparatae sint inscriptiones,

---

1) Cf. Bluhme in *Zeitschr. fur gesch. R. W.* vol. *4.* tab. ad p. 266. p. 446. 455. Hugo, *Lehrbuch der Digesten.* ed. *2.* p. 19. ℣. 29. p. 35. ℣. 11. Vide etiam eiusdem *Geschichte des R. R.* ed. *11.* p. 849.

2) Vid. infra fragm. *14.* olim 6.

3) Cf. Savigny, *Gesch. des R. R. im M. A. 2.* p. 74. not. f. edit. 2.

4) Si Florentino Digestorum codici fides habenda est, desumptae sunt [quas infra exhibuimus]:

a) ex Ulpiani libro I. Institutionum *LL.* 1. 4. 6. *de iust. et iure,*

ut utrum ex priore an ex posteriore operis Ulpiani libro desumpti sint loci, parum constet.

Igitur non solum eam quam cuivis debemus gratiam, qui copiolam nostram genuinorum ad vetus ius pertinentium scriptorum (quae quidem, cum ante hos viginti annos fere nulla fuit, adhuc sine nimiae aviditatis crimine extenuatissima dicenda est) augeat, sed maiorem etiam debemus industriae viri *βιβλιακωτάτου* Stephani Endlicheri, cui insigne additamentum ad reliquias ex Ulpiani Institutionibus nobis superstites acceptum tulimus. Quamvis enim quae recens accesserunt fragmenta, quaestionem illam non ipsa explicent, magnum tamen ad eam explicandam momentum habent, ut nunc post Theodori Mommseni de laciniis Vindobonensibus observationes *, quibus quae Heimbachius minor natu de iisdem olim disseruit †, magnam partem confirmantur, ea vero quae ipse post Endlicherum in priori Ulpiani exemplari, a. 1845. edito, disputavi, maiorem partem refutantur, clarius adparet; ne dicam de re ante fragmentorum illorum editionem vix cognita, ad quam ut nunc distinxi, nonum fragmentum pertinet, hoc est de interdictis tam adipiscendae quam reciperandae possessionis.†† Sed iam ipsum Endlicherum de fragmentis illis disserentem [5] audiamus,

---

*L.*1. *de const. princ.*, *L.*4. *de his qui sui*, *L.*28. *soluto matrimonio*, *L.*1. *de precario*. *L.*24. *de captivis*.

b) ex Ulpiani libro II. Institutionum *L.* 41. *de legibus*, *L.*1. *de servitutibus pr. rust.*, *L.*1. *communia praedior.*, *L.*115. *de legatis I.*, *L.*5. *de mortis causa donationibus*.

Endlicherus (not.5.cit.p.13.16.) praetermisit *L.*28. *sol. matr.* et tribus verbis constantem *L.*5. *de mort. c. donatt.*

*) In *Zeitschr. f. gesch. R. W. 15*.n.xi. p.372...82. Berol.1850.

†) In *Gersdorfs Repertorium der ges. deutsch. Literatur.* vol. *6.* 1835. n.° 2563. fasc. 1. p.34...36. et in eiusd. *Leipz. Repertor.* 1843. vol.*3.*fascic.29.p.108...10.

††) De qua re nunc vid. Rudorffium *Ueb. das Interdictum* Quem fundum *und die demselben nachgebildeten Rechtsmittel* in ,,*Zeitschr. f. gesch. R. W 9*.p.7...55. Berol.1838. Kellerum, *Röm. Civilproc.* Berol. 1852.p.276.317.not.873.

5) De Ulpiani institutionum Fragmento . . . Epistola ad F.

cuius errores de ordine locorum ex falsa laciniarum compaginatione orti iam comparatione tabulae, qua lapide impressam earum effigiem satis adcuratam, sed tertia parte minorem, adiecimus¹, facile emendantur.

'Cum elapsi anni aestate, reperto in Bibliothecae Pala'tinae Vindobonensis aliquot manuscriptorum codicum thecis 'libri vetustissimi Theotisci fragmento, tanto accensus thesauro 'plurimos libros denuo excuterem, atque e membranarum la'ciniolis, codicum Monseensium quaternionibus firmandis sae'culo XV. a bibliopego adhibitis, non nulla antiquissimae ver'sionis Evangelii St. Matthaei folia, musivo quasi opere in in'tegrum restituta, coniuncta cum Hofmanno Fallerslebensi opera 'publicae dedissem luci, coepi studiosius etiam per reliquos 'Bibliothecae nostrae libros dispicere, si quid forte scriptorum 'veterum et in iis lateret sepultum. Primum in manus sumpsi ve'tustissimum Hilarii Pictaviensis de Trinitate volumen, saeculo 'V. in Nilotica charta exaratum, cum vel ipsa papyri fragili'tas, tale membranarum munimentum libro compingendo ad'hibitum fuisse suaderet. Et revera vix explicatis 'quaternionum aliquot interioribus foliis, pelles conspexi un'ciali charactere onustas, quibus obiter percursis, auctoris ali'cuius classici exuvias contineri, laetus intellexi. Consideratis 'deinde pluribus per universum codicem laciniis, cum verba: '„EXPL. HISTOR.... LIB.“ stupentibus oculis sese offerrent, 'ingentem animo concipio spem, et iam me Livii vel plane 'Sallustii fragmenta tenere auguror. Sed proh dolor! avulsa 'codicis theca, explicatis quaternionibus, et membranarum la'ciniolis, ne quid papyrus detrimenti pateretur summa cura 'solutis, avara spe delusus, Plinii Historiarum naturalium mi'sere concisas particulas me habere video. Compositis itaque 'ad invicem his Plinii fragmentis, quinque remanent longae 'sed angustae membranarum particulae, quas cum aliis nullo 'pacto quadrarent, angustioribus enim columnis literae in his

---

C. Savigny. scripsit Stephanus Endlicher. Vindobonae 1835. 8°. pagg. 3...8. 9. 10.

'circumscribuntur, seorsim expendo, et titulum: ULP. INST. 'lego. . . .

'Membranarum inter se cohaerentium fragmenta proprie 'duo sunt, e quatuor laciniis composita. Primum unica con-'stat lacinia, et unicum in quavis pagina versum continet. 'Alterum per medias lineas in lacinias duplo longiores discis-'sum, ambabus paginis duas literarum columnas, 3'' 6''' la-'tas, interposito inter columnas unius pollicis vacuo spatio, 'complectitur. E singulis columnis 8 versus supersunt, quos 'folii imam partem constituisse, latus membranae margo laciniae 'infimae adhaerens, demonstrat.

'Fragmentum quod primo loco positum est olim in co-'lumnae vertice collocatum fuisse, tum membranae margo su-'perior vacuus ostendit, tum quinta lacinia exacte in hanc 'quadrans, in cuius fronte titulum ULP. INST. habemus, evin-'cit. Verba quae huius fragmenti pagina versa exarata legun-'tur: „DIDD.AMIS:P'SESSIONEM" cum ultimis ***Fragm. II. pag. vers.*** '***col. d.*** verbis: „SIUENUMꝗ.P'SEDISIUE AN..P'..." in hunc modum: '„***sive numquam possedi, sive antea*** † ***possedi deinde amisi*** '***possessionem***" cohaerere patet, unde ultro inferimus ***Fragm. I.*** 'in vertice columnarum ***a.*** et ***d. Fragm. II.*** posita fuisse. Iam 'vero ***Fragm. II. col. b.*** „de locato et conducto" ***col. c.*** „de 'mutuo" et „de deposito" ***col. a.*** et ***d.*** „de interdictis" loqui-'tur, unde facile apparet, columnas hasce olim non ita in co-'dice, cuius exuvias habemus, fuisse positas, ut ***columnae a.*** 'et ***b.*** unius eiusdemque folii paginam rectam, ***c.*** et ***d.*** versam 'occupaverint, sed fragmentum e duobus eiusdem quaternionis 'foliis, a bibliopego dum membranam scinderet explicatis, esse 'conflatum, atque ***columnam b.*** et ***c.*** unius, ***d.*** et ***a.*** alterius 'folii partes constituisse. . . .*)

---

†) Immo, *ante*

*) Heimbachius l.c. de coniungendis duobus segmentis, quae Endlicherus *Fragm. I. pag. rect.* et *vers.* et *Fgm. II.* (latioris, bis i. e. in tres lacinias dissecti) *a, b, c, d*, nominat, ex imagine quam Fac-simile vocant, ab Endlichero (ad calcem Catalogi codd. MSS.

'Fragmentorum nostrorum scripturam quod attinet, lite'rarum ductus iis quas Angelus Maius e palimpsesto Vaticano 'iuridico in tabula „*Reliquiis Iuris civilis anteiustinianei* '*Romae* 1823." adiecta depinxit †, tam similes sunt, ut no'strum Ulpiani Institutionum volumen, si vel solam characte'rum formam spectemus, saeculo V. vel certe VI. exaratum 'fuisse, nullo modo dubitem. . . .

'Formam codicis, dum esset liber, formae quam octavam 'vocant, fuisse simillimam e columnarum latitudine facile con'iici potest. Columnarum latitudo nuspiam 3″ 6‴ excedit; 'novem autem versus qui ex ima columnae parte supersunt, 'duorum pollicum altitudinem aequant, unde si columnam 27 'versibus expletam fuisse sumimus, iusta nascetur longitudi'nis (6″) et latitudinis (3″ 6‴) proportio, eadem fere quae est

---

bibl.Pal.Vindob.part.I.Vindob.1836.4°) publicata, quamque ita, ut singulae laciniae recte dispositae conspiciantur, sed tertia parte minorem factam repetendam curavimus, haud quidem iustam opinionem sibi efformavit, sed neque equidem ipse in ed.a.1845. publicata iustam, quamvis sibi satis bene constantem defendi. in collocandis segmentis et eo uterque nostrum deceptus fuit, quod ille codicem quadratum, ego cum Endlichero octonarium, ut vocamus, fuisse opinati sumus: fuit autem eius formae quam folii maioris nomine hodie vocare solemus, ut post Mommseni disputationem ex illa tabula adparet. Ego quidem ita olim disposui locos:

*p.* 1. *rect. infra:* i re commodata . . . . . . mercedem ex
- - *vers. infra:* reddis q̄ . . . . . . animalem ū
- 2. *rect. supra:* paratum ē ✝ dictum· ū ū cui ini
- *infra:* adipiscendae . . . . . siue antepse
- - *vers.: supra:* di d̄d̄. amisi p'sessionem
- - - *infra:* arbi|trariam expl. ..... arbiter

In eo quoque minus accurate locutus est Endlicherus, quod tertium segmentum, minimum ex tribus, quod ad dextram marginem pictae tabulae Endlicherianae quasi pendet, et ex quo nihil ad Ulpianum nostrum elicitur, modo adnumeravit, modo ad idem non respexit, eaque de causa modo de quattuor, modo de quinque laciniis scripsit.

†) Quae tabula Hollwegiano etiam exemplari Fragmentorum Vaticanorum adiecta est itemque in nostro Bonnensi Corpore iuris anteiustiniani reperitur.

'in celeberrimo illa Laureshaimensi Livii codice, qui olim Suit- 'berti de Dorostadt Frisonum Apostoli peculium, nunc inter 'bibliothecae nostrae cimelia servatur.

'Librum e quàternionibus vel qui[nter]nionibus conflatum 'fuisse non dubito. Folia autem quorum reliquias habemus 'eiusdem quaternionis quin[tern]ionisve extima fuisse, verisi- 'mile est, ita ut inter utrumque 6 vel 8 integra folia fuerint 'posita, nam certe quae in his tractantur argumenta amplo 'satis spatio in ICtorum voluminibus solent esse remota.

'Ex Ulpiani Institut*ω*n libris, quorum Boethius memi- 'nit et in Pandectis ac in Legum Mosaicarum collatione frag- 'menta habemus, lacinias has nostras esse desumptas, titulus 'ULP. INST. satis ostendit. Ne tamen huic inscriptioni sua 'deesset fides, felici casu factum est, ut unius fragmentorum 'nostrorum initium, in alterius fragmenti exitum, quod in Pan- 'dectis (XLIII. 26, 1.) „*de precario*" superest, incideret, unde 'simul discimus hoc saltim fragmentum et quod proxime ad- 'haeret, in Institutionum primo libro fuisse collocatum, nam 'quod alterum „*de interdictis*" attinet, res altioris est in- 'daginis quam ut locum eius definire audeam; hoc tamen cer- 'tum est, nisi et hunc titulum libro primo adscribere velimus, 'certe pone secundi initium illum fuisse positum, quod mihi 'magis probatur....'

Ulpiani Institutionum reliquiae Vindobonenses praeter edi- tionem Endlicherianam measque exemplis 2. et 3. Ulpiani libri singularis Regularum adiectas in his quoque libris repetitae sunt:

a Gust. Hugone in „*Götting. gelehrte Anzeigen*" 1836. p. 96. ...98.

a Steph. Endlichero in Catalogo codd. MSS. bibl. Vindobon. 1836. 4°. p. 402. et in tertia eidem libro adiuncta tabula.

a Frid. Car. Savinio in „*Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft.*" Berol. 1838. vol. IX. p. 3...6.

a Blondello in compilatione „*Institutes de l'empereur Justinien*, et c. *tom.* II. Paris. 1839. 8°. p. 261. sq. itemque

ab Ed. Laboulaye in ea cui inscripsit Flores iuris anteiustianei [*sic*] Paris. 1839. 16°. p. 231.sq.

a memet ipso in prima editione libri „*Institutionen. Ein Lehrbuch des röm. Privatrechts*" vol.I. p.67. Bonn.1843.8°.

a Theod. Mommseno in *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* Berol. 1850. vol.XV. p. 377.

Has reliquias ex segmentis Vindobonensibus recte dispositis tabula adiecta ob oculos ponit, easdemque, deinde suo loco inter ceteros qui ex Institutionibus Ulpianis supersunt locos adnotatione nostra instructas repetemus: unde sponte adparebit etiam in Institutionibus suis Ulpianum in universum Gaianas sequi. At si quem forte offendat, nimium, ut nunc laciniae Vindobonenses conlocatae sunt, commentarium de iure naturali, gentium et civili videri ac vix credi posse, ab Ulpiano in exordio duorum Institutionum librorum tam prolixe de interdictis negotiisque primum quae iuris gentium, deinde quae iuris civilis essent, tractatum esse, ut loci quos legimus in Digestis LL. 4. et 6. de iustitia et iure, longa intermedia quasi intercalatione quae fere iusti libri spatium ipsa expleat (nam multa capiebant octo haud parvi codicis, cuius laciniae supersunt, columnae, plures autem inter illa Digestorum capita intercesserunt olim, si debitum quae supersunt laciniis locum nunc adsignavimus), seiungerentur, me quidem contra dicentem non habebit, sed fateor, ut adhuc res habent, neque explicatorem. Mommsenus cum dubitationes illas aliasque similes protulissem, sic fere, 'audio' inquit, 'at —

*es glaube keiner, dass mit allem Sinnen*
*er uns das Büchlein wieder schaffen werde!*

Scribebam Bonnae sub finem a. cIↄIↄcccxxxv. [et a. cIↄIↄcccxxxxiiii. et a. cIↄIↄcccliiii.]

DIDD·AI

b]

DATAP̄MITTAT
TRARIAM DUCTUM IUS
SIONEM DUXIT IN EX Q COE
ROP SPO ONES P̄P̄RIAS ET RES
RESTITUTOR C' NDIIIISNANE
REDDIC TUCI NDIRESALIE
IAUCRIT DUXIT IURECEN
·III ARB D MERCEDEM EX

2/3. d. Org.

ULP. INST.

PARATUM ET DICI ...

.r.]

TS.

S.

I.v.]

[d]




.Bonr.

## VLPIANVS LIBRO PRIMO INSTITVTIONVM.

### L. 1. D. DE IVSTITIA ET IVRE. I. 1.

(1.) [1]Iuri operam daturum prius nosse oportet unde nomen iuris descendat. est autem a iustitia appellatum: nam, ut eleganter Celsus definit, ius est ars boni et aequi. cu- § 1.
ius merito quis nos sacerdotes appellet: iustitiam namque colimus et boni et aequi notitiam profitemur, aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, uerum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes, ueram nisi fallor philosophiam, non simulatam affectantes. Huius studii duae § 2.
sunt positiones, publicum et priuatum. publicum ius est quod ad statum rei Romanae spectat; priuatum, quod ad singulorum utilitatem: sunt enim quaedam publice utilia, quaedam priuatim: publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus [2]constitit; priuatum ius tripertitum est, collectum [3]etenim est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut ciuilibus. Ius naturale est quod natura omnia § 3.
animalia docuit: nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium quae [4]in terra, quae in mari nascuntur, auium quoque commune est; hinc descendit maris atque feminae coniunctio quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio, hinc educatio; uidemus etenim cetera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri. Ius gentium est quo gentes § 4.

---

FGM. I. 1) Adparet hunc locum initium Ulpianarum Institutionum esse. 2) *consistit* Haloander 3) *enim* Hal. 4) *terra mariq;* Hal.

humanae utuntur. quod a naturali [5]recedere facile intellegere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

(2.) L. 4. D. EODEM.

Manu missiones quoque iuris gentium sunt. est autem manumissio [1]de manu missio, id est datio libertatis: nam quam diu quis in seruitute est, manui et potestati suppositus [2]est; manu missus liberatur potestate. quae res a iure gentium originem sumpsit, utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manu missio, cum seruitus esset incognita; sed postea quam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manu missionis; et cum uno naturali nomine homines [3]appellaremur, iure gentium tria [4]genera esse coeperunt, liberi [5]et his contrarium serui et tertium genus [6]liberti, id est hi qui desierant esse serui.

(3. / 25.) [EX LACINIIS VINDOBONENSIBVS.] *fol. I. rect.* col. 1.

[VII.] [1]. . . . . . [2]*aut per formulam* arbi|trariam [3]ex-

---

5) *recedere, inde licet facile intelligere: quia ... commune est.* Hal.

FGM.II. 1) *de manu datio, nam* Hal. 2) *est, & manumissus* Hal. 3) *appellarentur* Hal. 4) *tria hominum genera* Hal. 5) *et iis* Hal. 6) *libertini, qui d. e. s.* Hal.

FGM.III.1) Cf. Gai. 4. 141. „... ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet; ex restitutoriis uero vel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae arbitraria uocatur."

2) *restitutoria* praemisit Endl.; sed ex Gaii l. c. malim „*restitutoria atque exhibitoria interdicta aut per formulam*" etc.

3) Endl. et Momms. *explicant* et mea quoque ed. 1. iustam scripturam non nisi in notis habet: quae tamen ipse codex habet: nam τ' verborum EXPLICANT’ caudam *ur* significantem habet, ut in seq. v. v. COGIT’ (*cogitur*), AGIT’ *agitur*), TENET’ (*tenetur*), ƆTINENT’ (*continentur*), cum simplex τ ubique sine illa cauda scripta sit. Cf. Gai. l. c. et Brisson. v. *explicare*.

plicantur, aut per spon|sionem; [4]semper prohibitoria ue|ro per sponsionem [3]explicantur. |

(4. 26.) [VIII.] [5]Restitutorio uel exhibitorio interdicto | [6]reddito, si quidem arbitrum postu|lauerit is cum quo agitur, formulam ac|cipit arbitrariam, per quam arbiter || . . . . .[7]

## L. 1. D. DE PRECARIO. XLIII. 26[25].

(5. 8.) Precarium est quod precibus petenti utendum conceditur tam diu quam diu is qui concessit, patitur. quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. et distat a donatione eo quod qui donat, sic dat, ne recipiat; [1]at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum [2]si*b*i libuerit precarium soluere. et est simile commodato: nam et qui commodat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei ut||=

## [EX LACINIIS VINDOBONENSIBVS.]

(6. 9.) [I.] i re commodata permittat.[1] *fol. I. rect.* col. 2.

[II.] [2]Locatum quoque et conductum ius | gentium

---

4) Rudorffius ita verba converti vult: *prohibitoria uero semper per* 5) Cf. Gai. l. c. et 4. 162. 163. „Igitur (*cum*) restitutorium vel exhibitorium interdictum redditur . . . . si arbitrum postulauerit is cum quo agitur, accipit formulam quae appellatur arbitraria: nam iudicis arbitrio si quid restitui uel exhiberi debeat, id sine poena exhibet uel restituit, et ita absoluitur; quod si nec restituat neque exhibeat, quanti ea res est condemnatur. set actor quoque sine poena experitur cum eo qui neque exhibere neque restituere quicquam *paratus est*, praeter quam si calumniae iudicium ei oppositum fuerit."

FGM. IV. 6) Ex MS. Endl. *reddicto* repetiit, adnotans in hoc unico loco lapsum esse librarium. 7) Vide not. 5. praecedentem.

FGM. V. 1) *at* om. Haloander. 2) *siui* Florentina.

FGM. VI. 1) Hic versus omnino concinit cum fine L. 1. D. de precario.
2) Cf. Gai. *3*. 142. Paul. (lib. *34*. *ad Edict.*) L. 1. D. locati *19*. 2.

induxit. [3]nam ex quo coe|pimus possessiones proprias et res | habere, et locandi ius nanc|ti sumus, et conducendi res alie|nas; et is qui conduxit, iure gen|tium tenetur ad mercedem ex || . . . . . . . [4]

(7. 10.) [III.] [1] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | fol. I. vers. col. 1.
reddis [2]quae accepisti, sed aliam pe|cuniam eiusdem quantitatis. | Mutuae autem dari possunt res non | aliae quam quae pondere numero | mensura continentur. |

(8. 11.) [IV.] Depositi quoque [1]utilitatem ius gen|tium prodidit, ut [2]quiuis custodien|dam rem suam animalem uel || . . . . . . . . . [3]

(9. 24.) [VI.] [1]adipiscendae quam reciperandae | possessio- fol. I. vers. col. 2.
nis, qualia sunt interdicta | [2]QVEM FVNDVM et QVAM HERE-

---

3) *nempe* Endl. sed sigla N = *nam*. Cf. Göscheni index siglarum post Gaium ed. 2. p. 458. ed. 3. p. 467. i. f. 4) Fortasse: *conducto ei qui locavit.* Rudorff. prop. *exsolvendam.*

FGM. VII. 1) Cf. Gai. *3*. 96. et (*lib. II. Aureor.*) L. 1. § 2. D. de O. et A. *44*. 7. — Hic Ulpianum eandem, quam de qua Paulus (*lib. 28. ad Edict.*) L. 2. pr. usq. ad § 3. D. de R. C. *12*. 1. egit, quaestionem tractasse crediderim, id est differentiam inter creditum mutuique dationem. ut facile locus inde restitui possit. 2) *quod* Endl., ed. m. 1. et Hugo: nam Endl. dedit in effigie MS. *q* ubi est *q̃* teste Mommseno.

FGM. VIII. 1) *qualitatem* edebatur ante effigiem laciniar. Vindobb. publicatam. 2) *ꝗuis* non *quis* habet MS. teste Momms. itaque non *quis*, ut ante, sed *quiuis* dedimus. 3) Fortasse sequebatur: (*mobilem*) *quae anima caret, alicui traderet* ... (ut Ulp. L. 1. § 1. D. de rei vind. *6*. 1. et Pap. L. 47. D. de adq. vel amitt. poss. *41*. 2. habent) sive *alicui daret*, sive *alicuius fidei committeret* vel simile quidpiam. Cf. Ulp. L. 1. pr. D. depositi *16*. 3. Rudorff.: fortasse sequebatur *inanimem*.

FGM. IX. 1) Praecessisse *tam* apertum est. — Cf. Gai. *4*. 143. Paul. (*lib. 63. ad Edict.*) L. 2. § 3. D. de interdictis *43*. 1., ex quo loco fortasse ita legendum esse censet Rudorffius *Sunt etiam interdicta duplicia tam* rel. [Vid. Cuiac. Obss. *4*. 41.] 2) Fragm. Vat. § 92. (ex [*Ulp.* sive *Paul.* sive *Venul.*] *lib. 4. de interdictis*) „ad exemplum interdicti QVEM FVNDVM proponi etiam interdictum QVEM VSVM FRVCTVM VINDICARE VELIT de restituendo usu fructu."

DITATEM. | [3]nam si fundum [4]uel hereditatem ab aliquo | petam, [5]nec is defendat, [6]cogitur | ad me transferre posses-
*fol.II. rect. col.1.* sionem, | siue numquam possedi, siue [7]an*te posse*||di, [8]deinde amisi possessionem. | . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . [9] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ||

*fol.II. rect. col.2.* du . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . |

*fol.II. vers. col.2.* [V.] [1] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *com*||paratum (10. 23.)
est interdictum, uelut [2]cuius ini|*tium est* . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . .| [3] | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . |

L. 6. D. DE IVSTITIA ET IVRE. I. 1.

(11. 3.) Ius ciuile est quod neque in totum a naturali uel gentium recedit [1]nec per omnia ei seruit: itaque cum aliquid

---

3) Endl.dedit *vel* non video qua ratione. 4) *ū* (=uel) non *u* habet MS. 5) *N'bis\ efendat* MS.i.e. *nec his* [pro is] *defendat* Olim codicem DEFENDAT' habuisse credidi et Goescheni coniecturam secutus dedi *lis defendatur*, ut African. L.ult. pr.D.de procuratorib. *3*.3. „litem defendere", sed Id.L.15.D.de O.N.N. *39*.1. „eo non dedefendente", „nec res ab eo defenderetur," „is qui rem non defenderet." Puchta proposuit *neque is defendat* sive *neque is se defendat.* 6) Post *cogit'* in MS. est ⁊ unde *cogitur is* Hugo ex Koppii Palaeograph. *2*.167. legendum esse putavit. equidem malim *statim* (ut ap.Gai.*4*.141.164.et Ulp.*19*.16.cf.*6*.8.*22*.29.) Cf.Paul.L.20.§1.D.de interrog.i.i.fac.*11*.1. Fur.Anth.L.80.D. de R. V.*6*.1. coll.L.24.D.eod. Vid. Iustiniani Nov.*18*.c.10. Similis non satis dantis poena, si rem quis vindicavit (Diocl.et Max. L. un.C. uti possid. *8*.6.) aut usum fructum (Paul.L.60.§ 1.D.de usu fr.7.1. Fgm.Vat. §§ 12.93. c. *Rudorff.* in *Ztschr. f. g.R.W.* t.*9*.n°.2.) aut hereditatem (Ulp.L.3.§5. Paul.L.6.i.f. Scaev.L.14.D.de Carbon. edicto *37*.10. Paul.S.R.*1*.11.§ 1.) 7) AN▒, ·▒ MS. ut vocabulo *antea* quod olim dedi, spatium ante ꝑ i. e. *p's* non sufficiat. 8) *d̄d* habere MS. testatur Momms., non *dd* ut Endl.dedit.
9) Cf.Gai.*4*.143.147.148.

FGM.X. 1) Endl. *cui* Fortasse in codice fuit cuı', i.e. *cuius*. Cf.Gai. *4*.144.154. sed Rud. recte monet *cui* significare *cuius*. cf.Goesch. ind.sigl.ed.2.p.429. ed.3.p.442.i.f. 2) Deest superior huius columnae pars, quam connumeratis qui supersunt versibus 7 circiter 58 versus continuisse crediderim.

FGM.XI.1) *neq;* Haloander.

addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrum constat aut ex scripto aut sine scripto, ut apud Graecos *τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.*

(12. 4.) L. 1. D. DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM. I. 4.

Quod principi placuit, legis habet uigorem, ut pote cum lege regia quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem [1]conferat.
§ 2. quodcumque igitur imperator per [2]epistulam et subscriptionem statuit uel cognoscens decreuit uel de plano interlocutus est uel edicto praecepit, legem esse constat: haec sunt quas [3]uolgo constitutiones appellamus.
§ 3. plane ex his quaedam sunt personales, [4]nec ad exemplum trahuntur: nam [5]quae princeps [6]alicui ob merita indulsit uel si quam poenam irrogauit uel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur.

(13. 5.) L. 4. D. DE HIS QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT. I. 6.

Nam ciuium Romanorum quidam sunt patres familiarum, [1]*alii filii familiarum,* quaedam matres familiarum, quaedam filiae familiarum. patres familiarum sunt qui [2]sunt suae potestatis, siue puberes siue impuberes; simili modo [3]matres familiarum. [4]filii familiarum et filiae, quae sunt in aliena potestate: nam qui ex me et uxore mea [5]nascitur, in mea potestate est; item qui ex filio meo et uxore eius [6]nascitur, id est nepos meus et neptis, aeque

---

FGM. XII. 1) *contulit* Vulg. 2) *epistolam* Hal. 3) *constitutiones vulgo* Hal. 4) *quae nec* Hal. 5) *quod* Hal. 6) *alicui*] *aliqui* Flor.

FGM. XIII. 1) *alii filii familiarum* ab alia manu in cod. Flor. addita sunt. *quidam filii familiarū*: Hal. 2) *qui suae p. sunt* Hal. 3) *et m.* Hal. 4) *filii uero & filiae familiarum, qui* Hal. 5) *nascūtur, in potestate mea sunt*: Hal. 6) *nascitur* omisit Hal.

in mea sunt potestate; et pronepos et proneptis et deinceps ceteri.

(14. 6.) BOETHIVS COMM. IN TOP. CICERONIS LIB. II. (in Opp.Boeth.Basil. ap.Henr.Petri a.1556. edd. p.779. ed.Baiter.p.299.)

„Tribus modis uxor habebatur, usu, farreatione, coemptione; sed confarreatio solis pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coemptionem conuenerant, hae matres familias uocabantur, quae uero usu uel farreatione, minime. Coemptio uero certis solemnitatibus peragebatur, et sese in coemendo inuicem interrogabant, uir ita, an mulier sibi mater familias esse uellet; illa respondebat uelle. item mulier interrogabat an uir sibi pater familias esse uellet, ille respondebat uelle. Itaque mulier uiri conueniebat in manum, et uocabantur hae nuptiae per coemptionem, et erat mulier mater familias, uiro loco filiae. *Quam solemnitatem in suis Institutis Vlpianus exposuit.*"

(15. 7.) [1]L.28. D. SOLVTO MATRIMONIO DOS Q. AD MOD. PET. XXIV. 3.

Facere posse maritus etiam id uidetur quod a muliere consequi potest, scilicet si iam ei aliquid absit, quod pro muliere [2]aliquid expendit uel mandato eius praestitit. ceterum si nondum ei abest, ut puta [3]sub condicione est obligatus, nondum uidetur facere posse.

(16. 12.) L. 24. D. DE CAPTIVIS ET DE POSTLIMINIO ETC. XLIX. 15.

Hostes sunt quibus bellum publice populus Romanus decreuit, uel ipsi populo Romano. ceteri latrunculi uel praedones appellantur. et ideo qui a latronibus captus est, seruus latronum non est; nec postliminium illi necessa-

---

FGM.XV. 1) Apud Hal. inscriptio est VLPIANVS. 2) *muliere uel expendit uel mandatu* Hal. 3) *si sub conditione obl. est:* Hal.

rium est: ab hostibus autem captus, [1]ut puta a Germanis et Parthis, et seruus est hostium et postliminio statum [2]pristinum recuperat.

## VLPIANVS LIBRO SECVNDO INSTITVTIONVM.

(17. 13.) [1]L. 41. D. DE LEGIBVS ET SENATVS CONSVLTIS ET LONGA CONSVETVDINE. I. 3.

Totum autem ius [2]constitit aut in adquirendo aut in conseruando aut in minuendo: aut enim hoc agitur, quem ad modum quid cuiusque fiat, aut quem ad modum quis [3]rem uel ius suum conseruet, aut quo modo alienet aut amittat.

(18. 14.) L. 1. D. DE SERVITVTIBVS PRAEDIORVM RVSTICORVM. VIII. 3.

Seruitutes rusticorum praediorum sunt hae, iter, uia, aequae ductus. iter est ius eundi ambulandi [1]homini, non etiam iumentum agendi. actus est ius agendi uel iumentum uel uehiculum: [2]itaque qui iter habet, actum non habet; qui actum habet, et iter habet, etiam sine iumento. uia est ius eundi et agendi et ambulandi: nam et iter et [3]actum *in* se uia continet. aquae ductus est ius
§ 1. [4]aquam ducendi per fundum alienum. [5]In rusticis com-

---

FGM.XVI. 1) (*utputa Germanis seu Parthis*) Hal. 2) *recuperat pristinum* Hal.

FGM. XVII. 1) Hunc locum in non nullis codicibus mss. non secundo (ut in editis quos contuli, omnibus), sed primo Institutionum Ulpianarum libro adscribi Heimbachius quidem iunior testis est; qui tamen vel si convenientia ordinis sive systematis, ut apud nos dicunt, a Gaio atque Ulpiano in componendis Institutionibus observati, tanta fuit, quantam fuisse sumpsit, non negare debebat, hunc locum ex secundo Institutionum libro desumptum esse; nam, quod Mommsenus quoque expressit (*Ztschr.f.g.R.W.* *15*.p.378.sq.), in exordio iuris ad res pertinentis olim ille legebatur. 2) *consistit* Hal. 3) *rem suam, uel* Hal.

FGM.XVIII. 1) *hominis* Hal. 2) *ita qui iter* Hal. 3) *actum et se uia* Flor. 4) *aquae ducendae* Hal. 5) *In*

putanda sunt [6]aquae *h*austus, pecoris ad aquam adpulsus, ius pascendi, calcis coquendae, harenae fodiendae. Traditio plane et patientia [7]seruitutium inducet officium praetoris. § 2.

(19./15.) L. 1. D. COMMVNIA PRAEDIORVM TAM VRB. QVAM RVST. VIII. 4.

Aedificia urbana quidem praedia appellamus. ceterum etsi in uilla aedificia sint, aeque seruitutes urbanorum praediorum constitui possunt. Ideo autem hae ser- § 1.
uitutes praediorum appellantur, quoniam sine praediis constitui non possunt: nemo enim potest seruitutem adquirere uel urbani uel rustici praedii, nisi qui habet praedium.

EX MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIONE. TIT. XVI. CAPP. V...IX.*

(20./17.) KAP. [1]V. [2]IDEM [*LIBRO*] INSTITVTIONVM [[3]*SECVNDO SVB TITVLO DE SVCCESSIONIBVS*] AB INTESTATO.

Ab intestato quoque hereditas defertur [5]aut per ius

---

*praedijs rusticis cōputanda etiā sunt:* Hal. 6) *aquae austus* Flor. 7) *seruitutum inducit* Hal.

*) De inscriptione horum quinque novissimorum Collationis capitum neque ex Blumii exemplari aliquid certi capies, cum libri, ex quo desumpta sunt, numerum mss. codices nullum indicent, sed capitis 5. hanc inscriptionem exhibeant „ITEM (cod. Rosn. nunc Berol., ceteri IDEM [i. e. *Ulpianus*]) AB INTESTATO INSTITVTIONVM"; Pithoeus autem adnotavit „Existimo sic haec potius reponenda esse *Idem lib. II. Institutionum sub Titulo de successionibus ab intestato.* Nec cur ita existimem intelligere difficile est." Recte, opinor, vir ille doctus in *Gersdorf. Repertor. l. c.* Pithoeum ex Caio Visigotthorum hanc coniecturam cepisse suspicatus est. Capita 6.7.9. Coll. tit. cit. inscripta sunt „ITEM (*Berol.; cett.* IDEM) EODEM LIBRO," atque caput 8.: „ITEM (IDEM) LIBRO QVI SVPRA DE SVIS HEREDIBVS". Habemus igitur, ut dicunt, referentes inscriptiones sine relatis.

FGM. XX. 1) *Kp̄. DCCXXIIJ.* Be[rol. cod.] 2) KAP. IV. inscribitur VLPIANVS LIBRO SINGVLARI [*regularum?*] SVB TITVLO DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS. Cf. supra p. 104. Pith. *item* 3) coniecit Pith. Cf. praecedentem not.* 4) *ab intestato institutionum.* Be. Vi[ndob. cod.] Ve[rcellens cod.] 5) *aut* om. codd. Vi. Ve. [?]

ciuile aut per praetoris beneficium: per ius ciuile suis heredibus uel liberis qui in potestate [6]fuerunt, [7]filio, filiae et deinceps qui in locum defuncti parentis [8]qui ex eodem nati sunt, succedunt.

(21. 18.) KAP. [1]VI. [2]IDEM EODEM LIBRO.

§ 1. Post [3]suos ab intestato [4]legitimi admittuntur [5]primum consanguinei. [6]ii sunt [7]frater et soror qui in eiusdem [8]potestate patris [9]fuerunt, etsi ex diuersis matri-
§ 2. bus nati sunt. Consanguineos et adoptio facit et adrogatio et causae probatio et in [10]manum conuentio.

(22. 19.) KAP. [1]VII.[2] IDEM EODEM LIBRO.

§ 1. [3]Et consanguinei legitimi uocantur. hi sunt agnati qui [4]nos per patris cognationem contingunt, [5]uirilis sexus: nam sciendum feminis ultra consanguineas heredi-
§ 2. tates legitimas non deferri. Suis [6]praetor [7]solet [8]emancipatos liberos, [9]itemque [10]ciuitate donatos coniungere, data bonorum [11]possessione, [12]sic tamen, ut bona, [13]si quae propria habent, his qui in potestate manserunt,

---

et Blum. 6) *fuerint* Vi. 7) *filii* Vi. Ve. 8) Schult. coni. *cum aliis qui*

FGM.XXI. 1) *Kp̄. DCCXXIIJ.* Be. 2) *item* Be.Pith. 3) *tuos,* corr. *duos* Vi. 4) *legitimę* Be. *legitime* Vi. 5) *primi* Vi. 6) *ii* om. Be. *hi* scribendum, ut cap. seq. 7) *fratres* Be.Pith. 8) *poteſtatem patreſ* Be. 9) Repone *patris potestate* 10) *manu* Be. Pith.

FGM XXII. 1) *Kp̄. DCCXXX.* Be. 2) cf. supra not. 2. 3) *& conſanguineiſ* Be. Sed *Post consanguineos* iam Scal. et Cuiac. scribi voluerunt. *ex consanguineis* ed. Heidelb. 4) *non* Vi. 5) *uiriſ* Be. *uirili* Vi. 6) *praeter* Vi. 7) *solet* om. Vi. 8) *&mancipatuſ* B. 9) *idemque* Vi. 10) *ciuitatem donatuſ* Be.Vi.Scal. 11) *poſſeſſioneſ* Be. Scal. item Vi. in quo, addito EXPLICIT, cetera desunt. 12) *hic* Be. 13) *ſit qua ꝑpria* Be. *sit quae p.* Scal., proponens *bona sua quae p.*

[14] conferant: nam aequissimum putauit neque eos bonis paternis carere per [15] hoc quia non sunt in potestate, neque [16] praecipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis [17] heredibus.

(23./20.) KAP. [1] VIII. [2] IDEM LIBRO QVI SVPRA [*SVB TITVLO*] [3] DE SVIS [*ET LEGITIMIS*] HEREDIBVS.

Post [4] agnatos praetor uocat cognatos: cognati autem § 1.
sunt qui nos per [5] patrem aut matrem contingunt: post cognatos uirum et uxorem. Et [6] haec si qui decessit, § 2.
non fuit libertinus uel stirpis libertinae; ceterum si libertinus est uel libertina, [7] ad patronum eius legitima hereditas [8] patronamue lege duodecim tabularum [9] defertur.

(24./21.) KAP. [1] VIIII. IDEM EODEM LIBRO.

Post familiam [2] patroni uocat praetor patronum et § 1.
patronam, [3] item liberos et parentes patroni [4] et patronae; [5] deinde uirum et uxorem; mox cognatos patroni et patronae. Quod si is qui decessit, [6] liber fuit [7] absque § 2.

---

14) *conferaτ* Be. Scal. 15) *hoc quι* Be. *hos qui* Scal. Lege *hoc quod* 16) *precιpuā bonam* Be. Scal. 17) *hoc | redibus* Be.

FGM.XXIII. 1) *Kp̄. ᴅccxxxj.* Be. 2) cf. supra not. 2.
3) „Haec aliunde huc illata sunt. De suis dudum egerat Ulpianus. *Schult.* 4) *agnaτoſ* Be. Cuiac. Ceteri *consanguineos* 5) *patrem aut* delet Cuiac. 6) hoc *Hdlbg.* 7) *ad* om. Be. 8) *paτzona|ue legem* Be. 9) *refertur* Be. Ve. Pith.

FGM.XXIV. 1) *Kp̄. ᴅccxxx.* 2) *liberti* (pro *patroni*) voluit Pith. sed recte tuetur *liberti* Schult. referens ad Ulp. 28. § 7.
3) *Idem* Be. 4) *et* om. Blum. 5) Cui. transponi vult *mox...patronae, deinde...uxorem* 6) *libero* Be. Scal.
7) *&remancιpaτιonem* Be. *ex remancipationem* Scal. *ex remancipatione* ceteri praeter Blum. qui Schult. coni. *absque r.* recepit. Possis *citra remancipationem* nam ex sigla praepositionis illius facilius *eτ* quam ex *abſque* fieri potuit.

remancipatione manu missus, lex quidem duodecim tabularum [8] manu missori [9] legitimam hereditatem detulit; sed praetor aequitate motus decem personas cognatorum ei praetulit has, patrem, [10] matrem, filium, filiam, [11] auum, auiam, [12] nepotem, neptem, fratrem, sororem, ne quis [13] oc-
§ 3. casione iuris sanguinis necessitudinem uinceret. Sed imperator noster in hereditatibus quae ab intestato deferuntur, eas solas personas uoluit admitti, quibus [14] decimae [15] inmunitatem ipse [16] tribuit.

(25. 16.) [1] L. 115. D. DE LEGATIS ET FIDEI COMMISSIS I. XXX.

Etiam hoc modo [2] CVPIO DES, OPTO DES, CREDO TE DATVRVM, fidei commissum est.

(26. 22.) L. 5. D. DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS ET CAPIONIBVS. XXXIX. 6.

[1] aut aetate fessus.

---

8) *manumıſſorıſ* Be. Scal. 9) *legitima* Scal. 10) *matrem* non nisi ad marg. habet Scal. 11) *auıū* Be. 12) *nepoτe* Be. 13) *occanſıonem* Be. 14) *vicesimae* et coni. Cuiac. Pith. 15) *ınmunıτaτe* Be. Scal. 16) *tribuit* omnes praeter Blum. apud quem operarum errore est *praebuit*.

FGM. XXV. 1) *L. CXII.* Hal. *L. 118.* Vulg. 2) *CVPIO VT DES, OPTO VT DES* Hal.

FGM. XXV. 1) Neque in ipsis Digestis haec tria verba recte cum iis quae praecedunt atque quae sequuntur, coniuncta sunt.

VETERIS CVIVSDAM IVRIS CONSVLTI

# DE IVRE FISCI

A PLERISQVE IVLIO PAVLO ADSCRIPTI LIBRI

QVAE SVPERSVNT PARTICVLAE.

ADICIVNTVR

EX DOSITHEI INTERPRETAMENTIS

# DE IVRIS PARTIBVS ET DE MANVMISSIONIBVS

COMMENTARIVS CVM LOCO DE POENA PARRICIDII.

SENTENTIAE NONNVLLAE

IVLII PAVLI

AEMILII PAPINIANI

SEXTI POMPONII

DOMITII VLPIANI

ET

HERENNII MODESTINI.

ITEM

DE GRADIBVS COGNATIONVM

STEMMATA DVO CVM COMMENTARIO.

# PRAEFATIO.

Praemonituro de fragmentis de iure fisci otium mihi fecit qui post incomparabilis viri (heu nobis recens eius funus vehementer lugentibus!) quem una cum genuinis Gaii commentariis in bibliotheca capitulari Veronensi fragmenta nostra repperisse iam neminem eius modi rerum curiosum fugit, Niebuhrii, ex Veronensi codice transcriptum eorundem exemplum[1] primus idemque diligentius ea edidit, Io. Fr. Lud. Goeschenus. nam is pagg. XLIX...LVIII. ad Gaium a se editum praefationis ita de duobus foliis[2] quae fragmenta nostra de iure fisci ex-

---

1) De Niebuhrii exemplo Goesch. praef. ad Gai. p. XV. (ed. *1*. p. XIII. ed. III. p. XII.) „*Tandem eius quoque fragmenti, quod ad tracta-„tum de iure fisci pertinet, transcribendi fecit periculum: et licet „temporis angustiis impediretur, quominus harum membranarum, „quarum pessima est condicio, accuratum exemplum absolveret, „magni tamen aestimandum erat vel minus absolutum earum apo-„graphum; omni enim antea destituebamur certa atque definita „huius fragmenti notitia. Quae omnia biduo, eoque ne integro „quidem, Niebuhrium perfecisse, ei, qui difficultatum in eiusmodi „rebus superandarum gnarus est, incredibile videri possit. Ope-„rae fructum Niebuhrius cum Illustrissimo Savinio communicavit. „Qui, ut typis mandarentur, quae Niebuhrius transcripserat, se-„dulo curavit.*" Praeter hoc Niebuhrii apographum (in *Zeitschr. für gesch. R.W. 3. p.* 150...158.) et a Goescheno post Gaianorum commentariorum exempla (Berol. 1820. p. 341...348. edit. a. 1824. p. 403...410. edit. a. 1842. a Lachmanno curatae p. 417...426.) curata fragmenta nostra nemo, quod sciam, eadem repetiit. [Neque exstant, quamvis ibi quaesieris, in Iuris Civilis Ecloga. Paris. 1822. 8°. sed iam meum exemplum repetierunt Blondellus (*Institutes. Par.* 1839. tom. *2*. p. 321...23.) et Laboulaye (in libello inscripto Flores iuris antejustianei. Par. 1839. 16°. p. 327...29.)

2) De quibus duobus foliis idem Goesch. l. c. pag. x. (ed. *1*. sive *3*. p. VIII.) „*parvulo*" inquit „*insunt volumini, varii argumenti fra-*

hibent, tractavit*: 'Duo illa folia, quibus inest hoc fragmen-'tum, lacera sunt atque corrugata admodum: forma est qua-'drata maior: paginae in binas dividuntur columnas vicenis qua-'ternis versibus compositas: singuli versus [qua-]ternas denas ad 'vicenas litteras complectuntur, ita tamen, ut plerumque con-'stent litteris septenis denis: litterarum forma uncialis est. 'Duobus locis versum omisit librarius, ut, opere aliquando 'cetera absoluto, rubricis diligentiore manu exarandis imple-'ret[1]. Praeterea horum foliorum cum codice XIII. [Gaiano] 'haec est convenientia, quod quidam versus prae ceteris pro-'minent, et in quibusdam aliis vacua deprehenduntur spatiola, 'quibus antecedentis articuli exitus a sequentis principio sepa-'ratur: accedit, quod in his quoque membranis nulla reperi-'tur neque interpunctio, neque verborum distinctio, quodque 'frequenter siglis librarius usus est. Illud autem diversum 'est, quod huius fragmenti litterae illis, quibus Gaii Institu-'tiones scriptae sunt, aliquanto grandiores sunt: quin quae-'dam in ipsa litterarum figura animadvertitur varietas, quae 'maxime apparet in litteris A et R; quo etiam illud referen-'dum est, quod litterae F, P, R plerumque totae supra lineam 'positae sunt, cum in Gaii codice infra lineam decurrant. Ne-'que quod dixi, in Gaii codice paginarum initiales litteras re-'liquis maiores esse, idem de hoc fragmento dicendum est: 'in posteriore enim folio initiales primae quartaeque columnae 'litterae, quamvis in verbi alicuius principio positae sint, eius-'dem atque reliquae litterae magnitudinis nobis visae sunt; 'ceterarum columnarum initia deperdita sunt. At prominentis 'cuiusque versus prima littera paulo grandior esse solet. Ce-'terum in his membranis, quamvis non rescriptis, vetustate 'tamen ita evanidam factam repperimus scripturam, ut in iis

---

„*gmenta complexo, cui titulus inscriptus legitur hic:* „Vetera Pa-„ralipomena Mss. Codicum Capituli Veronensis, a Ioh. Iacobo de „Dionisiis Veronensi canonico in unum collecta. 1758."

*) Gai. ed.*3*. Goesch. p.LV.sqq.

1) Verba *ut opere...impleret* ex eiusdem praefationis p.XXVI. (ed.*1*.p.XXV.ed.*3*.p.XXII.) transumpsi.

'quoque gallae infusum adhibendum fuerit. Quod autem earum 'contextum singulari numero fragmentum dixi, id si quis re-'prehendat, lubens concedo, duo proprie esse fragmenta: nam 'quae in extremo priore folio leguntur, cum posterioris folii 'principio minime cohaerent[1]; ita ut folia quaedam intermedia 'deperdita esse evidenter appareat. De auctore nihil habeo, 'quod asseverare possim, praeterquam quod eum e classicorum 'Iurisconsultorum numero fuisse ipsa fragmentorum materia 'docet, quippe quae magnam partem sit e iure antiquo[2]. Ex 'qua materia illud quoque colligit Niebuhrius, membranas no-'stras ante occidentalis imperii exitium exaratas esse; neque 'enim verisimile videri, ut quis posterioribus temporibus talis 'argumenti librum transcribi curaverit: Koppius ex litterarum 'forma de aetate membranarum nihil statuere ausus est'[3].

Cum ipse quidem duorum illorum foliorum exemplo, quod ad proprios usus v. cl. Hollwegius sibi olim accuratissime transscripsit, immo depinxit, usus sim atque imprimis post quam illa ipse folia, cum primum anni MDCCCXXXII. autumno per aliquot dies Veronae commorarer, contuli eademque ipse mihi quantum potui exactissime descripsi, fas mihi est Goescheni in his quoque fragmentis edendis religiosissime positam diligentiam collaudare. Quem igitur quantum fieri potuit sequi res ipsa suadebat. Singulas litteras quae legi nequiverunt, singulis asteriscis indicavimus; quotiens vero totus vel etiam complures versus aut omnino evanuerant aut certi nihil quicquam exhibebant, maioribus lineis hiatus denotavimus. Prae-

---

1) Id quod asteriscis inter § 9. et § 10. interpositis indicare volui. Bg.

2) Goeschenus ad h. l. „*Ne nunc quidem*, ait, *quicquam af-„firmo: probabilis tamen videtur eorum sententia, qui haec fra-„gmenta Paulo tribuenda esse opinantur. Quam sententiam primus „protulit cel. Gottschalkius, qui eam cum Savinio communicavit. „Posthac ipse a doctissimo Caplickio admonitus sum, ea, quae „fragmentorum* § 19. *contineantur, iisdem fere verbis exprimi loco „quodam Digestorum e Pauli Libro V. Sententiarum desumpto, vi-„delicet* L. 45. § 3. *de iure fisci*."

3) Vid. *Zeitschr. f. gesch. R. W. 3.* p. 132. 4. p. 481.

ter ea supplementa quae ex ingenio vel aliorum virorum vel perpauca meo ipsius, eademque in scriptura Italicis sive cursivis litteris insignita, proferimus, [inter quae nunc nominatim indico supplementum quod § 5. hac editione accessit,] multas quas Goeschenus ad adnotationem reiecerat, litteras syllabasque in ipsam scripturam recepimus. Similes etiam locos non eos tantum, quos Goeschenus aut ex Savinii, Hugonis, Heisii aliorumve doctorum virorum aut ex propria penu indicaverat, adnotare non dubitavimus, quo facilius fragmenta nostra cum aliis qui nobis supersunt, ICtorum libris comparari possent. [Vix opus erit disertis verbis declarare ad hanc editionem a me adhibitum esse Lachmanni exemplum Gaii Goescheniani, Berolini anno 1842. 8°. editum.

De aetate et auctore harum particularum veteris iuris iam post Caroli Guil. Walchii diss. *de aetate fragmenti vet. ICti de iure fisci* (Ienae ineunte a. 1838. in 8°. editam) haec addere placet. Savinius post primam editionem[1] fortasse ex Callistrati de iure fisci opere aut ex alio quodam universam iuris prudentiam complectente desumptas[2] easdemque aetate Ulpiani librum Regularum ac constitutionem Antoninam de caducis fisco vindicandis superare coniectaverat.[3] Ut C. A. Gottschalkius[4] Paulo et Caplickius Sententiis receptis Pauli haec fragmenta adscripserint, paulo ante Goeschenus rettulit. et hanc Caplickianam opinionem adhuc haud pauci amplexi sunt, inter quos Hugonem[5], Schroeterum[6] et Lachmannum nomino: sed de huius sententia paucis postea dicendum erit. Contra vero monuit Pernices[7], nondum exploratum esse, utrum fra-

1) *Zeitschr. für gesch. Rechtsw.* 3. p. 150...58. 2) Ibid. p. 159.
3) *Zeitschr. f. g. R. W.* p. 162. In qua re Savinio adsentiuntur Goeschenus, ut paulo ante vidimus, et F. A. Schilling. (*Bemerkk. üb. Röm. R. G. Lpz.* 1829. 8°. p. 360. sq. 378. in not.) 4) Cuius opinioni favit Haubold. (Institt. lineam. ed. Otto. p. 491.) item Clossius (*Hermeneutik des R. R. Riga u. Dorp.* 1829. 8°. § 85.)
5) *Lehrbuch der Gesch. des R. R.* ed. 10. p. 813. ed. 11. p. 891. cf. p. 21.
6) In ephemeridibus „*Hermes od. Krit. Iahrb. der Literatur.*" vol. 25. Lps. 1826. 8°. p. 296. 7) *Gesch. Alterth. und Institt.* ed. 2.

gmenta nostra, vel si Paulum auctorem habeant, ad eiusdem Sententias receptas[1], an ad libros quos de iure fisci duos Paulum scripsisse scimus, ex quibus unum, longiorem, priori libro desumptum locum in Digestis habemus[2], pertineant: exordium enim fragmentorum nostrorum facile ad § ult. illius loci sese applicare. Huic opinioni faverunt Zimmern[3], Böcking[4], Puchta[5], alii; Schweppius[6] post Antoninum imp. compositum esse opus, ex quo hae partes nobis supersunt, autumabat. Inter eos qui post Walchii supra nominatam dissertationem, quam prodiisse pariter atque Puchta et egomet ipse ignorabant, de opere cuius particulae nunc mihi tertium edendae sunt, disputaverunt, Dirksenus[7] putat illud Pauli librum singularem Regularum fuisse, qui continuisset summa de iure fisci capita ex usu forensi, non historice ex variis huius iuris fontibus composita; id quod postea effecisset ut ille tractatus seorsim describeretur ac publicaretur: bene convenire principium L. 10. D. de postulando *3.* 1., ex illo Pauli opere desumptum, cum § 16. fgm. nostr.; contra vero finem §i 3. L. 45. D. de I. F. *49.*14., ex Pauli libro quinto Sententiarum desumptae, nimis a § 19. fgm. nostr. recedere, quam ut utrumque locum ex eadem Pauli sententia descriptum esse statui possit. Dirksenum refutat Lachmannus[8]: in codice Paulini operis a Digestorum compositoribus adhibito eum locum, ex quo cit. L. 45. § 3. enata est, male habitum esse, dum contra illa § 19. ex artis regulis composita sit. legem autem 10. D. de postul., quamvis egregie faciat ad emendandam § 16. nostr.,

Hal. 1824. 8°. p. 30. sq. Huic adsentitur Witte (in *Ersch und Gruber Allg. Encycl.* sect. 3. tom. 14. p. 226.) in vita Iulii Pauli, ubi tamen ipse de origine horum fragmentorum nihil protulit.

1) Cf. Fgm. de I. F. § 19. 2) L. 5. D. de his quae ut indign. 34. 9. 3) in *Röm. rechtl. Untersuchungen. Hdlb.* 1821. 8°. p. 294. sq. et in *Gesch. des Röm. Privatr.* vol. 1. (*Hdlg.* 1826.) § 6. i. f. 4) Tam in praefat. ad priores editiones, quam in „*Institutionen, Bonn.* 1843. 8°." p. 40. 5) *Cursus der Institt.* vol. 1. p. 480. (*Leipz.* 1841. 8°.) 6) *Röm. Rechtsgesch. u. Rechtsalterth.* ed. 2. p. 156. 7) *Vermischte Schriften.* vol. 1. *Berl.* 1841. 8°. p. 32...49. 8) *Zeitschr. f. gesch. R. W. 11.* p. 110...14.

tamen ab eadem ita diversam esse, ut diversitatis ratio frustra in liberiore compositione Digestorum quaereretur. et sane § 1. cit. L. 10. evidenter demonstrat, ut etiam Heimbachius[1] observavit, totum locum alienum a citatae § 16. fgm. nostr. fonte fontem habuisse. Sed aliud atque olim Caplickius attulit, ut huius opinionem, quam defendit, denuo comprobaret, Lachmannus nullum argumentum invenit. sed tamen parum probabilem sibi Walchianam disputationem videri declaravit[2]. Ceteri qui post Walchium perlecta eius dissertatione de fragmentis nostris verba fecerunt, illius sententiam probant, Danzius[3] et Heimbachius[4], atque recte ii quidem, quantum video. nam ex § 3. fgm. nostr. discimus, eo tempore quo ex constitutione Antonini (Ulp. *17.* 2.) ius patrum caduca vindicandi per fiscum exclusum erat, auctorem de quo quaerimus, non scripsisse. id vero ius, sublatis ab Opilio Macrino Caracalli de rebus hereditariis constitutionibus duris atque avaris (Xiphilin. ex Dione *78.* 12. Capitolin. in Macrin. c. 13.), revixit[5] et paulatim tandem per desuetudinem abolitum est (Iustinian. L. un. pr. C. de çad. toll. *6.* 51.), ita ut Theodosiano codice plane omitteretur. Accedit quod § 17. fgm. nostr. contraria rescripto Antoniniano anno 213. p. Chr. dato (L. 1. C. de advoc. fisci *2.* 9.) statuit; sed secundum L. 2. C. eodem, a. 254. p. Chr. emissam, privatis contra fiscum principe auctore patrocinium praestare licebat; ex nostr. § 3. idem ius latius etiam effectum esse discimus. Praeterea §§ 14. 15. fgm. nostr. ad constitutiones imperiales de compescenda Caesarianorum audacia, saltem ad tenorem litterarum Diocletiani Maximianique, certe non ante annum 286. scriptarum, quae L. 5. C. de I. F. *10.* 1. exstant, respexit, nisi auctorem

---

1) *Leipz. Repertor. der deutsch. u. ausl. Literatur* 1843. 8°. p. 147.
2) Gai. Berol. 1842. 8°. p. LVII. not. 71.
3) *Lehrbuch der Gesch. des R. R. Thl. I. Lpz.* 1840. 8°. p. 4.
4) *Leipz. Repertor.* l. c.
5) Magnum pondus Walchianae probationi accessit, quod ab auctore harum de iure fisci sententiarum (§ 5.) notissimam illam de hereditatibus legem non decimariam, sed vicesimariam nominari nunc videmus.

vel Constantinianas ea de re latas constitutiones novisse statuere velimus. (sed vid. etiam Paul. S. R. 5.12. § 6.) certe § 12. fragm. nostr. argumento est auctorem ante Constantini L.3. Th. C. ad SC. Claudian. 4.11[9]. ineunte a. 326. datam scripsisse, post quam liberarum mulierum cum servis fiscalibus coniunctiones illas non libertas Caesaris, ut auctor fgm. nostror. habet, efficiebant. Minoris momenti esse putaverim alia quaedam Walchiana argumenta, tum hoc „quod auctor ea bona „quae olim ad aerarium populi deferri deberent, suo tempore „a fisco vindicari notat §§ 3. 9.", cum tamen „[Severi] Ale„xandri temporibus aerarium populi adhuc fuit seiunctum a „fisco principis": nam eodem argumento Ulpianum quoque auctori sententiarum de iure fisci aequalem efficeremus: tum quod verbum *incorporari* (§ 14. fragm. nostror.) „paulo ni„mium redolet Constantini aevum; nusquam saltim in consti„tutionibus principum superiorum vel in scriptis vetustiorum „auctorum invenitur": eius modi vocabulis iam sub Antoninis haud ita raro usi sunt scriptores, vel ii qui scribendi elegantiam ac nitorem affectarent. Quod ad similitudinem §i. 19. fragm. nostr. cum Pauli L. 45. § 3. D. de I. F. attinet, Walchius ex eo quod quae hanc § 3. antecedunt et quae sequuntur cum iis non conveniunt quae proxime ante et post illam § 16. leguntur, colligit auctorem fgm. nostror. locum a Paulo esse mutuatum eumque in suum opusculum transtulisse. sed quamvis inter extremam sententiam legis 5. D. de his q. ut indign. 34. 9. ex Pauli libro I. de iure fisci desumptae et primam § fgm. nostr. aliqua argumenti similitudo intercedat, tamen utramque ne constructione quidem verborum ita inter se cohaerere, ut altera ab altera abrupta dici possit, neque proprie ad unum idemque spectare: Paulum de his qui ut indigni repellendi eaque de causa a praemio summovendi sint, exordium autem fragm. nostror. de heredi eius qui morte praeventus sese deferre non potuerit, a divo Hadriano concessa sese deferendi potestate agere.

Adiecimus in hac editione post Dositheana locos quattuor

ad Iulii Pauli Sententias receptas pertinentes, quorum primus et duo posteriores fere conveniunt cum §§ 10...12. *ad SC. Silanianum 3.* 5. quas primum Cuiacius in exemplo Cod. Theod. Lugd. a. 1566. edito (p. 633.) in lucem protulit. sed tamen, ut eos locos ex codice ms. Paris. 4406. fol. 54. edidit Haenelius (Append. ad Pauli S. R. ab Arndtsio editas p. 34.), non sine suo momento sunt ad cognitionem genuinae formae harum Sententiarum.

De sententiis quae adieci, Pomponii, Papiniani, Ulpiani, Pauli, Modestini, et de *εἰκονίσμασι* cum loco de gradibus, cum in adnotatione dixerim, nihil hoc loco praemoneo.

Speramus fore ut laborem harum veteris iuris reliquiarum denuo edendarum non frustra suscepisse iudicemur.

Vale lector.

Scribebam BONNAE AD RHENVM Id. Ianuar. anni cIↃIↃcccxxxi.

[et a. cIↃIↃcccxxxxv. et Id. Febr. a. cIcIↃIcccLv.]

# FRAGMENTA

## QVAE VOCANT

# VETERIS CVIVSDAM IVRIS CONSVLTI

# DE IVRE FISCI.

§ 1. —————— ——————| Heredi eius [1] qui fol.1.r. col.*a.* e ui*ta cedens* | non poterat, defer*e*ndi | potestas concessa [2] est, nis*i* os|tendi possit [3] eius u*igoris* | decessisse de***fun-ctum*,** | ut deferre [4] se u*aleret.* |

§ 2. [5] Ante quam quis ab alio [6] defe|ratur, ipse se [7] defer|re debet, alias sero | ad auxilium delatio|nis [8] confugit. quod si per | errorem se detule|rit, nihil ei officit in|considerata diligentia. |

§ 3. [9] Ius patrum [10] non minui|tur si se is deferat qui| so–

---

1) quieꝗuı********C.* Sauinio auctore Goesch. lacunam uerbis *se deferre* expleuit. sed magis ad litterarum quae in codice uestigia exstant, neque minus ad loci sensum (cf.Paul.L.13.§§4...6. D.de I.F.*49*.14.) accedit Baumbachius, qui *consequi praemium* (cf. Paul. lib. I. de iure fisci, in L. 5. § 20. D. de his quae ut indign. *34*.9.) scriptum fuisse censet. Nunc Lachmannum secutus sum in h. § complenda. 2) *non* Sau. inseri uult, quod Goesch. fecit. 3) e'u****** | *C.* Antea cum Goesch. dedi: eius u*oluntatis* 4) seı****** *C.* Goesch. Sau. *se uoluerit.* Baumb. *se noluerit.* (Quod legendum proposueram *uetuerit*, nunc nullius usus est.)

5) Cf. Paul.L.13.pr. § 10. Call.L.2.§7.D.de I.F.*49*.14.

6) Litterarum deꜰ superior pars deest, sed admodum certi sunt qui exstant in codice ductus. 7) deʀꜰer|ʀedebeтalıalıasseʀ°| *C.* 8) ɔfuɴɢɪтꝗdsı peʀeʀ'eʀʀorem *C.*

9) Cf.Gai.*2*.206.207.286. Ulp.*1*.21.*25*.17. Iuuenal.*9*.86.sqq. c.Schol. et praefat. nostr. 10) N̄ *C.* (Operarum errore hoc *non* exemplum meum anno ᴍᴅᴄᴄᴄxxxvɪ. editum non habet.)

lidum id quod relic|tum est, capere non potest. sa|ne si post diem centensi|mum patres [1]caducum | uindicent, omnino | [2]fisco locus non est. |

col. b. Si se is deferat, cui [3]taci||t ———— ————| § 4.

———— ———— |

[4]*Si praeses in prouincia per supposi|tam personam* § 4[a]. *conparasse* | *quid arguatur, fisco con|demnatur* eius rei *aesti|mationis.* [5]ter uero *frustra* | *citato* [6]*qua*druplum *poe|nae* nomine [*con*]sequi fis*cum o|portet*.

[7]Bona *eorum* | *q*ui cum fisco [8]contrahun*t*, *le|ge xx* § 5.

---

1) In C. post *caduc* abscissum est aut *ū* aut *a* 2) Librarius primum FISCUS scripsisse uidetur. 3) Goeschenus dedit *taci*tum ICtum enim de eo loqui cui tacitum fidei commissum relictum est. Tres uersus ex quibus constitit §4., fortasse ita habuerunt: SI SE IS DEFERAT CUI TACI|TUM F̄C̄ (*s.* tacite) RELICTUM *ē* BENEFICIO (*s.* ex EDICTO) d TRAIANI DIMIDIUM (*s.* pars) EI RESTITUAT' Cf.Iun.Mauric.L.15. §3.cum Call.L.1.pr.L.3.pr. ... § 4. Paul.L.13.pr.§§ 1.6.7.L.49. Valentis L.42. D. de I.F.*49*.14. et supra ad Ulp.*26*.§17.citt.ll.

4) Hunc locum egregie ad Herm. L.46.§ 2.(cf.§9.) D.de I.F.coll. c.Marciani L.46. D. de contr. empt.*18*.1. restituit Lachm. Antea dedi: || ———— ỷ. 1...5. ———— . . . . . eius rei . . . . . | . . . . . . .nis ter vero f . . . . . | . . . *qua*druplum . . . . . . | . . nomine *con*sequi fis*cum op*|*or*tet. In cod. uersus 1. .3. fere omnino sunt abscissi. ỷ.4.: *Tarr*son* — ỷ. 5.: ****** *g* (vel *q*?)*u********** 5) Goesch. solam uocem *uero* recepit. de tribus edictis locum tractauisse iam olim adnotaui, de quibus cf.L.2.§3. L.15.§4. L.42.§ 1.D.tit.cit.*49*.14.

6) Heisius coni. *quadruplum eius rei* Goesch. dubitat *quadr. poenae* scriptum fuisse. De quadrupli poena uide praeter cit. L.46.D.de contr.empt. L.45.§ 13.L.48.§9.D.tit. cit. LL.10.16.Th. C.eod.*10*.1. L.1.Th.C.de his qui cum dispens. *10*.24. *id est* L.1. C. de his qui ex publicis ration. *10*.6. L.8.C. de iure fisci *10*.1.

7) Cf.Ant.Caracallae L.2.(et L.1.) C.in quib.caus.pign.*8*.15. Hermog.L.46.§3. Ulp.L.28.D.de I.F. Paul.S.R.*5*.12.§10. 8) BONA e***|*UIC'FISCO SHUN***|*euacuaRIA *C.* Lacunam adhuc reliquerunt editores pro **|*euacuaRIA, ubi *generaliter* s. *semper* s. *omnia,* Hollw. *uniuersa,* quae omnia codicis ductibus non respondent, scribendum fuisse suspicati eramus; neque sententiae loci conuenit quod

*m*aria uelut *pig*|*n*oris iure fisco [1] *obligan*|*tur*; non solum ea [2] *quae* | *h*abent, sed ea *quoque* quae postea | habituri sunt. |

§ 6. [3] *E*dicto diui Traiani caue|*tur*, ne qui prouincialium *c*um | seruis fiscalibus contrah*ant*, | nisi adsignante [4] pro-cura|tore. quod factum [5] | dupli damno uel rel*i*|quorum [6] e*x*solutione p*en*|satur. et ideo qui cu*m* || [7] ———————— fol.1.v. col.*a*.
ỿ. 1...8. ———————— [8] | *****ere cogitur n*a****|*****u* ad eum [9] l*o***|****orum p*e*ruenit [10] heredit*****|** *C*aesaris [11] ab a*****| ****atione rerum [12] ***|***um [13] itemque con****|

---

Lachm. olim coniectauerat *de* | *re pecnaria* (pecunaria). Iam mihi et aliis persuasi *le*|*ge* xxɷarıa (= *uicesim*aria) ponendum esse [non *uıcesſıarıa*, ut primum opinatus eram] quod ne minimum quidem palaeographicum dubium relinquit; sed nec historicum aut dogmaticum, si quae de lege uicesimaria et fisci in bonis eorum qui cum eo contrahunt, tacito pignore nobis tradita sunt, cogitemus. cf. Dio Cass. *55*.25. 76.28. *78*.12. Capitolin. in Anton.11. Collat.*16*.9. Inscr.ap.Orell.n.1065. Iustinian.L.3.C.de edicto diui Hadr.toll.*6*.33. (Vid.*Bachofen, Pfandr.*I.p.235.sqq. Eiusd. *Ausgew. Lehren* p.349. sqq.) 1) o***|*ɪʀ *C.* sed neque in fine uersus 13. tantum abscissum est ut capiat litteras *Blıgan*, neque in principio uersus 14. plus spatii quam littera *T* cum dimidia parte litterae *u* requirunt. 2) q(**?) | *ɪaʙcᴺᴛs'eaq. pᴼsᴛᴇ*| (**?)p'eaʜᴀʙɪᴛᴜʀɪsɴ *C.* Pro duplici *quae postea* olim *quoque quae postea* proposui, quod nunc Lachm. praeeunte in contextum recepi.

3) Vid.Herm.L.46.§§1.2.D.de I.F.*49*.14. 4) ꝑc̄|ᴛᴏʀᴇ *C.* 5) *ū* (uel)ins.Lachm. 6) e'soluᴛɪᴏ ɴep*| *C.* Goesch.et edd.m.1.2. *eius solutione* Lachm. fecit *exsolutione* 7) *C.* ỿ.1..: *********llal* ******* ỿ. 2.: ***********ed***** ỿ.3. : *******uɪsɪᴅᴄ****** ỿ. 4.: ******** **s̄a*(contra)******** ỿ.5.: *******saɪᴄ********* ỿ.6.: ******os̄ax (*fisco* contraxer? Lachm. *seruo contraxerit*?,******) ***ỿ.7.: ******ɪɪ(?)ɴᴄu (*uincul ?*)******** ỿ.8.: ******m*ᴛoi(an *totum eo nomine ?*)******* |
8) Hollw. *restituere*? Lachm. *reddere?* 9) ɪᴄ****|*** oʀ̄puᴇɴɪᴛ *C.* 10) *hoc* editi. In Cod. est: *h̄*ᴛ**** | Legerim *hereditas*** 12) aʙaᵈ(?)****|****(*?)aᴛɪᴏɴᴇ *C.* An 'ab adi*u*|*dic*atione' uel 'ab a*ctor̄*| *alien*atione'? 13) Fortasse *fiscal*ium aut *hereditariar*um. 13) *Cod. sic ha-*

***** rerum conm****|*****hibentur ade****|*****lari ab his e****|**** donatum u***|***e possumus, nisi ****|*** *adem portio***|**Caesaris fiat. |

[1] *Qui* mutuam [2] pecuniam contra [3] interdic|*t*um dispen- § 7.
col. *b.* satori ui|carioue [4] eius crediderit || [5] ———— ℣. 1.
———— | [6] *************quia quod ** | [7] *credi*dit, non amisit. | [8] ———— ℣. 4. ———— |

[9] *Qui contra e*dictum diui Augus|*ti rem* [10] *l*itigiosam a | § 8.
[11] *non possid*ente conparauit, [12] prae|*ter qua*m [*quod*] emptio nul|lius momenti est, [13] poenam | quinquaginta sestertiorum

---

*bet:* ITEMQ.ↄC****|*****RERUM ↄM****|*****HIBENTADE****|*****LARIABHISE ****|*****DONATUMU****|****EP'SUM'NISI****|**** ADEM PORTIO***|*****SARIS FIAT | Locum fortasse in hunc modum restitui posse putat Hollw.: itemque com*munium* rerum commer*c*|*io* pro*hibentur*: ade*o nec* | *stipu*lari ab his, *nec quod* | *fuerit* donatum u*indi*|*car*e possumus, nisi ***** *e*adem —. Goesch. et Lachm. totum locum inde a ℣.9. ita exhibent: — — cogitur — - | — — ad eum — - |— — pe*r*uenit hoc - - | — *C*aesaris ab — - | — — — - rerum —| — — itemque — - | — - rerum — - | - *ad*hibentur ad - - — — - ab his - - | - - donatum — | — - possumus nisi - | — *e*adem portio | - *Ca*esaris fiat.

2) Cf. infra § 21. Call. L. 1. D. de I. F. („poenam fisco ex contractu priuato deberi") Th. C. de his qui cum dispensatore contraxerunt *10*.24. cf. Iust. C. de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt *10*.6. 2) PEC͞S *C.* 3) ꝉDIC|*UM (= interdictum) *C.* Lachm. fecit *edicto,* sed parum consulto. cf. Paul. S.R.*2*.10. § 1. in Collat. *6*.3. § 3. In imperialibus quoque constitutionibus *interdictum* haud ita raro ponitur ad significandam prohibitionem quoquo iure factam. 4) E'CREDIT'DᵉRIT *C.*
5) *C.* ℣.1. *******IINIO(*dom*inio?)ENPL(?) (*duplum* s. *duplo?*)
6) *C.*℣.2. ***////(?)PSENIT' (*dispensator* conuenitur?) ꝗꝗ** |
7) *C.* ****(*)IƋITN̄AMISIT | 8) Linea 4. a scriptura uacua est.

9) Cf. Gai. *4*.117. Call. L. 1. pr. Marcian. L. 22. pr. D. de I. F. Id. L. 1. § 2. D. quae res pign. *20*.3. De litigiosis: Dig. *44*.6. Th. C. *4*.5. Iust. Cod. *8*.37. Nou. *112*. c. 1. 10) *C.*℣.6. *** ʋ(M?)LITIGIO SAMA |

11) *C.*℣.7. *****S(*siue* D)ENTEↄPAUITP̄| Sauin. dubitari, inquit, potest utrum legendum sit *a possidente,* an *a non possidente.* Cf. Gai. l. c. Lachm. secutus sum. 12) *p̄*|****M (omissa *q*) EMPTIO *C.* Goesch. secutus sum. 13) POEN|ꝉ TA ꝯ ꝉORUM *C.*

fisco [1]re|praesentare conpellitur. res autem | litigiosa uidetur, de qua | [2]apud suum iudicem [3]** | delata est. sed hoc in prouincialibus | fundis praua usurpa|tione optinuit. |
[4] ———— ỿ. 17. ———— |

§ 9. [5]Absentes fugitiuos | uenum dari [6]aut conparari | amplissimus ordo | prohibuit, denuntiata | *in* emptorem [7]uendi|toremque poena sestertiorum quinquaginta, | quae hodie fisco [8]uindi||*catur.*

* * * fol.2.r. col.*a*.

§ 10. [9]excepto castrensi | peculio b*o*n*a* sua *con*|ferre debebu*nt.* |

§ 11. [10]Caesare a liberto [11]su*o* *ex as*|se herede instituto [12]*filia* | iure [*adcrescendi*] [13]ad semisse*m* *uo*|cat*ur;* cum extranei*s* uero ins|tituto, filia ex semisse extranei*s*, | non et*iam* Caesari adcrescit | ; quod si plus semisse Cae|-

---

1) RE|PSENTARE ƆPELLIT'-R AT *C.* 2) $\overline{ap}$ *C.* Lachm. *apul* Idem *s'* in *sed* resoluit. 3) Heisio suadente Goesch. et Lachm. uerbum *quaestio* (*q*°) receperunt. malim $\overline{cu}$ (causa) cf.L.un.C.de lit.cont.*3*.9. 4) Versus uacuus.

5) Cf.Paul.R.S.*1*.6ᵃ.§2. et L.19.§ 3.D. comm.diu.*10*.3. Gai.L.35. § 3.D. de contr. empt.*18*.1. Ulp. in Coll.*14*.§ 3. et L.2. D. de lege Fab.*48*.15. Diocl. et Max.L.6.C.eod.*9*.20. 6) ā ƆPARI | *C.* 7) ūdi|TOREMq̄ POENA·$\overline{ss}$ꝉTA|q̄ *C.* 8) uindi|| *C.* et L. Niebuhrium et Goeschenum sequimur.

9) Cf.Tertull.L.4.pr.D.de castr.pecul.*49*.17. Ulp.L.1.§ 15.D. de collat.*37*.6. Iustinian.L.21. C. de collationibus *6*.20. Locum ad collationis necessitatem, in Caesaris patroni utilitatem, liberti filio inpositam, trahendum esse existimat Heisius.

10) Cf.Gai.*2*.124. (epit.*2*.3.§ 1.) Ulp.*22*.17. Paul.R.S.*3*.4ᵇ.§ 8. L.Rom.Burg.*45*. (ed.Schult.*44*.; ed.Bark.p.126.) Theophil.*2*.13.pr.

11) Sauin. auctore Goesch. su*****|se h̄de+TUTO******|iū *C.*

12) Hollw. secutus olim dedi '*filia adcrescendi* | iure', sed paruum quod uersu 5. abrosum est spatium (cf.not.11.), duo uerba *filia adcrescendi* non capit; iam igitur Goesch. sequor.

13) adsemisse****|catc'EXTRANEI ūINS|TITUTO FILIamexᵉe|missem EXTRANEI|N̄ET (pro $\overline{et}$) caesARIadc-R ci⁻(T non integra) *C.*

sar accepit, in id quod plus | est, etiam Caesari adcrescit. |

[1]Libertae Caesaris, tam | manu missione quam beneficio con|iunctionis effect*ae*, | si testatae decedant, | dimidium, si intesta|tae, *to*tum fisco uin|dicatur. sane patris et | patroni ignorantis | ius non minuitur. | § 12.

[2]Ancilla Caesaris quae V̄ li|beros habuerit, in nu|| § 13.

col.b. [3] ——— [4]℣. 1...10. ——— |

[5] ——— ℣. 11. ——— | *cum pri*uato contra*ctum quid* | *est, fi*sco stipul*a*ntur. |

[6]E*orum* bonorum *quae* | *ad* fi*scum* pertinere dic*un*|tur, *si contro*uersia moueatur, | an*te* sententiam nec obsig|na*ri ne*c describi aut in|corporari possunt. idem ser|ua*tur* cum a sententia *prou*o|*c*atio interponitur. | § 14.

[6]Pro his bonis quae fiscus in|quietat, manus op*po*|- § 15.

fol.2.v. col.a. nere nemo quidem prohib||*etur* [7]************ | ———
℣. 2...8. ——— |

---

1) Cf.Tac.Ann.*12*.53. Paul.S.R.*4*.10.§2. Gai.*3*.44. Ulp.*29*.3. Paul.S.R.*2*.21ᵃ.§§ 9.7. et praef. nostr.

2) Cf.Columella de re rust.*1*.8. § 19. Vid. etiam Ulp.*3*. § 1. i.f. (Maffei opuscoli eccles. p.90.) 3) Putauerim „in nume*rum libertarum refertur*" aut simile quid scriptum fuisse; imprimis si ad Columellam a Rudorffio cit. respicimus. Unde L., qui ipse rem se non capere fatetur, adfirmauarit „apparet esse *in numerum liberorum*" equidem non uideo. Si de ipsis liberis dictum fuisset, pari iure poneres *in numero legitimorum*, ut Constantin. L.3. Th. C. de naturalibus fil. *4*.6. 4) In C. ℣.1...10. euanuerunt, nisi quod ante medium ℣. 9. N conspicitur.

5) *C.* ℣.11. ******PS̄Na(?)******** | ℣. 12. ******UaTOꝯC(?)****** | ℣.13. *******COSTIPUla(?)NTIR | Goesch. et ego pS̄Na interpretati sumus *persona.* sed iam L., quem sequimur, adnotauit: Fortasse — — *ps̄* (possunt.) na*m poen* (poenam) *si* | *c'* (cum) *pri*uato *ꝯ̄ctum q́d* ē (contrac*tum quid est*) *fi*sco stipul*a*ntur. Cf.L.1.pr.D.de I.F. [„uel poenam fisco ex contractu priuato deberi" |.

6) Ad §§ 14.15. cf. Paul.S.R.*5*.12. § 6. L.5. L.7. C. (L.5. Th.C.) de I.F.*10*.1. et praefat. nostr. 7) In cod. ℣. 1.2. omnino

§ 16. [1]****** [2]*decerni*; s*ed in* | *nulla praeler qua*m filiorum | *uel parentum* suor*um* c*a*u*sa* | libertorum*ue* ad*esse* *iube*n|tur; et si adfu*erint*, *in*fa|mia plectun*tur*. [3]*sane* | hoc principa*li* b*eneficio* | impetrare non pro*hi*ben|tur.

§ 17. [4]Fisci aduocati | quibus ad temp*us* o*fficium* | mandatum est, quia s*a*lari|um non accip*iunt*, | contra fiscum adesse non pro*hi*|bentur.

§ 18. [5]Capite *le*|*gis* censoriae caue|*tur*, ut n*on* *tan*t*um* cum quid || praestatur, cuius rei omis|sa professio *fuerit*, actio conmis|*si intr*a quinquennium locum | *habeat*, *sed et* earum rerum | *nomi*ne, quae per fraudem | *tota* ablata s*unt* uel professi|oni subtracta, qua|d*r*uplum fisco de*p*en|d*a*tur, alias duplum. | col. *b*.

§ 19. [6]A [7]de*b*itore fisci in frau|dem datas libertates re-|

euanuerunt. ỿ. 3.: — — — — uaN** ỿ.4.: — — — *c(?)uuN (*siue* N̄)* ỿ. 5.: — — — IOC***RX(*s*.a?) ỿ. 6. nihil legi potest. ỿ.7.: — — — *o.p — - ỿ. 8.: — — *ma*|uosa*\(a *uel* x)

1) Cf.Paul.L.10.pr.D.de procurat.*3*.1. Vid.LL.1.2. C.de aduocat. fisci *2*.9. L.13.C.de aduoc.diu.iudicior.*2*.7. L.3.§1. L.5.§1.C.de aduoc.diu.iudicum *2*.8. — Locum nunc cum Lachm. ad Pauli L.10. cit., quam Dirks. conferendam esse primus uidit, emendaui.

2) *C.* ỿ.9.: *******e*eRNIS (Lachm.legit s')*N| ỿ.10.: ********? (?)*m(?) FIlIOR | ỿ. 11.: *********suo**m(?)c (Lachm. leg. ēā) | ỿ. 12.: lIB̄TOReI (Lachm. leg. lIB̄TORū = libertorumue) ade c(?)***IBe(adēē *iub*c̄)| TUR et c. 3) ***nē*(?) *C.* Inde *sane* feci.

4) Cf. citt.LL.1.2.C.de aduocatis fisci *2*.9.

5) Cf. (Quintil.) Declam.341. Seu. et Ant.L.2.C.de uectig.*4*.61. Marcian. L.16.§ 10.D.de publican.*39*.4. LL. ad § 4[a].citt. et Maurician.L.15.§6. Hermog.L.46.§1.D.de I.F. Arc. et Hon.L.19.Th.C.de bonis proscr.*9*.42. In cod.§ 18., quam nunc ex Lachm. emendatione dedi, inde a col.3. ỿ.22. usque ad seq. col. ỿ.9. ita est: capiteIe ¦ **scensoRIaecaue|IUTNIaNIumc'quId|¦ p̄sTaTURCUIReIOMIS | sa ꝑFessIOINTRA⁊mIs | *****II(?)aū·NIumloc'| ******cIeaRUMReR' | *****Neꝙp FRaUDē| ****aBlaTasū.ꝑFessI | ONISUBTRaCTAqua ¦dRup ⁞ ·FISCODeFEN ¦ dIT' alIasduplum |

6) Locus est Pauli (S.R.lib.*5*.) L.45.§3.D.de iure fisci. Cf.Marcian.L.11.§ 1.D.qui et a quibus manu missi *40*.9. Seu.et Ant.L.2. C.de seruo pignori dato *7*.8. 7) deuITORe *C.*

trahi [1] placuit. sane ipsum | [2] ita emere, ut manu mittat | aut fidei commissam libertatem praestet, non est | prohibitum.

[3] Ab eo *qui* | reus criminis pos|tulatus [4] aduersam sen- § 20.
tenti*am* | meruit, tempore | reatus quocum*que* mo|do alienata a fisco cum | quadruplis [5] fructibus | reuocantur. |

[6] Fideiussorem eius qui cum | dispensatore [7] con- § 21.
traxit, ip ||

---

1) plIT *C.* 2) L.45.§3.cit.habet: *ita ab alio emere mancipium, ut manu mittat,* non est prohibitum. ergo tunc et libertatem praestare possit (*Hal. et Vulg.* poterit).

3) Cf.Marcian.L.11.§1.D. de bonis damn.*48*.20. Iustinian.L.ult. C.eod.*9*.42. (restituta), et passim Th. C. eod. *9*.42. Nov.*134*.c.ult. et ll. ad § 4ª.citt. 4) adūsam . . *C.* 5) FRUCTIB | *C.*

6) Cf. supra §7. Grat.Val. et Theod. L.2.Th. C. de his qui cum dispensatore contraxerunt *10*.24., *siue* L.2.C.de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt *10*.6. FIDEIUSSOR· e'quicū| *C.* 7) ↄXITIP *C.* Ita in medio pronomine desinit fere integra columna quarta folii secundi.

# EX VETERIS IVRIS CONSVLTI REGVLARVM LIBRO

## TRANSFORMATVS COMMENTARIVS

## DE IVRIS PARTIBVS ET DE MANV MISSIONIBVS

## EX DOSITHEI INTERPRETAMENTIS

### REPETITVS ET EMENDATVS.

Quod ex Dosithei grammatici Interpretamentis, ut ipse appellauit, anno p. Chr. n. 207. conscriptis et ante hos uiginti quinque fere annos a me editis (Bonn.a.1832.12°.) commentarium *de iuris partibus et de manu missionibus* ceteris iuris Romani reliquiis, quas hoc libello conplexus sum, nunc addo, ita nullam excusationem exigere uidetur, ut potius excusandus, immo reprehendendus mihi uidear, quod, maxime post Caroli Lachmanni (uiri cuius eruditionem multi, cuius bonitatem pauci quam ego melius norunt ac suspicere possunt) de Dositheo a. 1837. editum commentariolum, antea non receperim. De Dositheani libri origine consilioque in illo exemplo non nulla dixi quae non ita ab amicissimi censoris, Lachmanni dico, sententia abhorrent, ut ipse interpretatus est, quae tamen huius loci non est defendere. neque de codicibus scriptis editionibusque libri hic repetenda esse uidentur, quae qui adcuratius nosse cupit, illud exemplum meum adeat.* Id solum modo praefari uolo, Dositheana, ut maxime ex Vossiano codice olim Latine edidi, sinistras, Lachmanni recensionem, Scaligeranum apographum magis sequentem, dextras sequentium paginarum partes occupare. De

---

sarcinaret, fortasse usus fuerit. (*Cf. Sauinii Gesch. des R.R.i.M.A. 2.p.*74. *not.*f. *ed.*2.) Ipse Isidorus (*Origin.lib.5. cap.*27. §§ 28.29. Areual.*3.* p.216. *Lindem. p.*166.) differentiae, de qua locus noster tractat, aliquam partem ita expressit: „. . . *Diuiditur autem exilium in relegatis et deportatis. Relegatus est quem bona sequuntur* [*sua* add.Lind.]; *deportatus, quem non sequuntur.* Inter recentissimos ICtos etiam Ferdin. Kaemmererus (*Obss.iur.ciu. Rostoch.*1827. 8°.*p.*181.not.1.) hoc fragmentum ex Modestini Differentiarum libris desumptum esse iudicauit; atque post hunc, quem non nominauit, beatus quoque E. Spangenbergius in tenuissimo quem de loco nostro conscripsit, commentariolo „*Ueber die Strafe der Verbannung bei den Römern*“ in commentariis iuris crimin. „*Neues Archiv des Criminalrechts*” tom.*11.p.*523...27.

2) *relegatus est* Barth. et Lachm. 3) *est differentia* B. et L. 4) *ut ait Orenius* B. *ut ait Herennius* omisit Areu. 5) *quia* B. et L. Similia Isidor. Or.*5.* 27. § 29. cit. cf. Marcian. L. 4. D. de interdictis et releg. „*Relegati...bona quoque sua omnia retinent, praeter ea si qua eis adempta sunt...*“ Ulp.L.14.§ 1.D. eod. [ex Basilic.*60.*54, 14. restituta] „. . . *deportatio ciuitatem et bona adimit; relegatio neutrum tollit, nisi specialiter bona publicentur.*“ Pomp. L.18. pr. D. eod. [item ex Basilic.*60.* 54, 18.rest.] „*Relegatus integrum suum statum retinet et dominium rerum suarum et patriam potestatem, siue ad tempus siue in perpetuum relegatus sit.*“ 6) *fuerint adempta alio modo* B. 7) Herm. L.97.D. de R.I. „*Ea sola deportationis sententia aufert quae ad fiscum perueniunt*”. 8) Marcian.l.c. „*nam eorum qui in perpetuum exilium dati sunt uel relegati, potest quis* [lege *cui*] *sententia partem bonorum adimere.*“ Basilic.*60.*c.4. „τοὺς γὰϱ διηνεκῶς ἐξοϱιζομένους δυνατὸν ἀπὸ ψήφου ἐν μέϱει δημεύεσθαι.“—Barth. dedit: *Ita fit in relegato mentionem * bonorum, non homini possit deportato noceat.* Adnotauit: *Haec est scriptura membranarum; in qua quod mendosum est ita debet reduci in suum ordinem:* „*Ita in relegato si mentio non fit bonorum, homini noceat, deportato prosit.* (*Sic uerissime emendatum a Barthio.*)“ De Barthii emendatione Iusti errauit, si uerba, non sensum respiciamus. Spangenbergius (l.c.p.526.) locum sic exhibuit, *ita fit, ut in relegato mentio bonorum homini noceat, de-*

in sententia [9] non haberi prosit, deportato noceat: item distant [10] et in loci qualitate, quod cum relegato [11] quidem humanius transigitur; deportatis uero [12] hae solent insulae assignari, quae [13] sunt asperrimae, quaeque sunt paulo minus summo supplicio comparandae.

*portato prosit.*" Lachmannum secuti sumus. 9) *haberi non* Areu. 10) *etiam* B. et L. 11) *quidem* om. B. 12) *hae* om. Areu. 13) *sunt* om. B.

Ne albedine laederentur oculi, subiunxi ex IAC. CVIACII OBSERVATIONVM LIBRO VI. CAP. 39.

Quod in libris nostris scriptum est, hodie deportationem in insulam successisse in locum aquae et ignis interdictionis, ex Augusti lege descendere uidetur, qui, ut Dio scribit lib. XVI. p. 673., primus constituit *μηδένα πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθέντα ἐν ἠπείρῳ διατρίβειν: ne quisquam eorum quibus aqua et igni esset interdictum, in continenti degeret.* Erat olim et interdictis aqua et igni libera uagandi facultas: hodie insula concluduntur. Quam ob rem a Graecis *περιωρισμένοι* uocantur. Insula, inquam, quae a continenti distet quadringentis milibus, excepta Co, Rhodo, Sardinia et Lesbo, in quibus interualli huius rationem obseruari Augustus noluit.

# *ΕΙΚΟΝΙΣΜΟΣ* DE GRADIBVS COGNATION[VM]

Ad pag. 183. sqq.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | VIII. Tripatruus *Triamita.* |
| | | | | | VIII. Adpatruus *Adamitae*, 16) filii. | VII. Adpatruus *Adamita.* |
| | | | | VIII. Abpatrui, *Abamitae* nepotes. | VII. Abpatrui, *Abamitae* filii. | VI. Abpatruus, *Abamita*, i. e. abaui frater *et soror.* |
| | | | VIII. Propatrui, *Proamitae* pronepotes. | VII. Propatrui, *Proamitae* nepotes. | VI. Propatrui, *Proamitae* filii. | V. Propatruus, *Proamita*, i. e. proaui frater *et soror.* |
| | | VIII. Sobrinorum nepotes. | VII, Sobrinorum filii. | VI. Patrui, *Amitae* magnorum nepotes i.e. Sobrinus, *Sobrina.* | V. Magni patrui, *Amitae magnae* filii i. e. propius sobrino 9) *sobrina.* | IV. Magnus patruus *Magna amita*, i. e. aui 8) Frater *et soror.* |
| | VIII. Fratris, *Sororis* patruelis abnepotes. 6) | VII. Fratris, *Sororis* patruelis, Amitini *Amitinae* pronepotes. 5) | VI. Fratris, *Sororis* patruelis, Amitini *Amitinae* nepotes. | V. Patrui nepos, *ptis*, i. e. filius, *a* fratris, *sororis* patruelis; Amitini, *ae* filii 4). | IV. Patrui filius, *filia* 3), i.e. Frater, *Soror* patruelis; Amitinus *Amitina.* | III. Patruus, *Amita*, i. e. patris frater *aut soror.* |
| VIII. Fratris trinepotes. | VII. Fratris adnepotes. | VI. Fratris abnepos, *abneptis.* | V. Fratris pronepos, *proneptis.* | IV. Fratris nepos *neptis.* | III. Fratris filius, *filia.* | II. Frater. |

| |
|---|
| VIII. Trinepotis nepotes. Trinepotis nepotes. |
| VII. Trinepotis filii. *Trineptis* filii. |
| VI. Trinepos, *Trineptis.* |
| V. Adnepos, *Adneptis.* |
| IV. Abnepos, *Abneptis.* |
| III. Pronepos, *Proneptis.* |
| II. Nepos, *Neptis.* |
| I. Filius, *Filia.* |

[Hircus dextrorsum uersus.]

*) Cod. locum parentum et ipsius, de cuius cognatione quaeritur. n[e] distinguens habet: *Pater mater q etiū dicitur ipē et ipū.* 1) Cod. h[a]bere uidetur *Tritauianus tritauiana.* 2) *C. sororius.* 3) *C. patruɔ fili[i]* 4) *C. patrui nepos. i. filii fr̄is sororis patruelis ami aītini fili.* 5) *fr̄is sobr̄ini patruelis amiti a mitine nepotes.* 6) *C. fratris sobrini a*

Cod.Vict. p.173. v.3. Cod.Par. f.71b.v.23.

## [1]DE GRADIBVS[2].

Gradus cognationum appellantur ab eo quod personae cognatorum aliae proximiore, aliae longiore gradu sunt, et ob id quasi gradatim altera alteram antecedit. § 1.

Omnes personae cognatorum aut supra numerantur, aut infra, aut ex transuerso siue a latere. supra numerantur parentes; infra liberi; ex transuerso siue a latere fratres et sorores liberique eorum, item parentium fratres et sorores liberique eorum. § 2.

C.Par. col.2. Primo gradu supra pater et ma||ter; infra filius et filia. § 3.

Secundo, supra auus, auia; infra nepos, § 4.

---

1) Hoc de gradibus cognationum caput exstat in omnibus fere mss. codicibus, quibus Notitiam Dignitatum utriusque imperii nouimus contineri. dixi autem de his codicibus in libro singulari de Notitia Dignitatum Germanice conscripto (Bonn.1834. 8°) et in Notit. Dignitt.t.*1*.p. i...iii. Bonn.a.1839. 8°. Nunc ipsum hoc caput una cum sequenti tabula ex cod. ms. Victoriano, num.99., qui adseruatur in bibliotheca regia Monachiensi, atque ex codice reg. biblioth.Paris. „Suppl.I.167." damus. Scripturae uarietas quam ad tabulam adnotauimus, solum cod.Victor. respicit. Probe equidem scio hoc caput non solum res nouas omnino nullas habere, sed saepissime ac multo etiam melius et prolixius idem argumentum tractatum esse; nihilo tamen minus hoc idem caput cum addita tabula sane momenti esse ad Iustinianarum Institutionum (cf.pr.usq.ad § 9. I. de gradibus cognation. et Schraderum ad h. l.) crisin, non eam uerborum quidem, sed historicam, facile persuasum sibi harum rerum periti iudices habebunt; meminerint modo plerosque fere omnes libellos, quotquot cum illo capite in iisdem codicibus manu scriptis insunt, sub finem quarti saeculi uel certe ante medium quintum putandos esse compositos. De similitudine quae inter hoc nostrum de gradibus caput et Pauli Sent.Rec. lib.4.tit.11. eiusdemque Pauli latiorem tractatum, ut exstat in L.10. D.de gradib.*38*.10., intercedit, non est quod hoc loco disputemus.

2) cognationvm add.Iac.Morelli, qui Biblioth. ms.Graeca et Lat. tom.I. Bassani ex typogr. Remondiniana 1802. 8°. p.370.sqq. codicem ms. olim Venetum bibl.S.Marci, nunc in Britannia sepultum descripsit. Codices Monac. et Paris. illud uerbum non habent.

neptis: ex transuerso frater et soror: hinc enim transuer-
§ 5. sus incipit gradus. Tertio, supra proauus, proauia; infra pronepos, proneptis; ex transuerso fratris et sororis filius et filia; patruus[3], amita, id est patris frater et so- C.Vict. ror; auunculus, matertera[4], id est ma||tris frater et soror. p.174. col.1.
§ 6. Quarto, supra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis; ex transuerso fratris et sororis nepos et neptis; patruus magnus et amita magna, id est aui frater et soror; auunculus[5] magnus, matertera magna, id est auiae frater et soror; consobrinus, consobrina, id est qui quaeue ex fratribus, aut sororibus, aut fratre et sorore generantur[6]. sciendum tamen proprie consobrinos appellari eos qui ex duabus sororibus nati sunt, quasi consororinos; eos autem qui ex duobus fratribus procreati[7] sunt, fratres[8] patrueles uocari; eos uero qui ex fratre et sorore nascuntur[9], amitinos dici: hoc gradu sunt enim patrui, amitae, auunculi,
§ 7. materterae filii. Quinto gradu sunt supra atauus, atauia; infra adnepos, adneptis; ex transuerso fratris et soro||ris C.Par. f.72a. pronepos, proneptis; propatruus, proamita, id est proaui frater et soror; proauunculus, promatertera, id est proauiae frater et soror[10]; consobrini| filius et[11] filia; item propius C.Vict. col.2. sobrinus[12], sobrina, id est patrui magni, amitae magnae,
§ 8. auunculi magni, materterae magnae filii, filiae. Sexto gradu sunt supra tritauus, tritauia; infra trinepos, trineptis; ex transuerso fratris et sororis abnepos, abneptis; abpa-

3) Cod.Paris. inserit *et* 4) Male codices addunt *magna* 5) Codd. male *abauunculas* 6) Cod.Paris. *progenerantur* 7) Cod. Paris. *procreati fratribus* 8) Codd. inserunt *et* 9) Codd. *nascantur* 10) Cod. Vict. *Idē proaui, et soror* | *et fr.* Cod. Paris. *id est proauie soror et frater.* 11) Cod. Par. omittit *et* 12) Ita Codd. hic et in tabula. — Cf. DD. ad § 5. I. de grad. cognat. et ad L.10.§16.D.eod.

truus, abamita, id est abaui frater et soror*** neptisque [13]; item consobrini nepos neptisque; item propatrui, proamitae, proauunculi, promaterterae filii, filiae; item sobrini, sobrinae, id est qui quaeue ex duobus consobrinis generantur.[6]

13) Hoc distincte addunt Codd., procul dubio, quamuis sine lacunae indicatione, omissis uerbis unius uersus *fratris et sororis patruelis, id est amitini amitinaeue nepos* Sed abauunculum etiam et abmaterteram omittuut.

## IAC. CVIACII OBSERVATIONVM LIB. VI. CAP. XL.

De gradibus librum singularem Paulus scripsit, qui totus fere continetur notissima L. *Iurisconsultus* [*L.* 10. *D. de gradibus et adfinibus et nominibus eorum*], ut mihi adfirmauit uir fide dignus, in cuius manus liber ille uenerat integer. Scripsit et Varro, quem librum citat Seruius V. Aeneidos [*vers.* 412.: *„secundum Varronem in libris de gradibus“*]. Mos erat eiusmodi libris subscribere *εἰκονισμοὺς* siue formas, graduum facilius percipiendorum causa, quas disponebant scalarum, ut Paulus ait, locorumue procliuium instar [*cf.* § 10. *L. cit.*]. Duos ascendendi aut descendendi modos notat, scalas et cliuos. In L. 20. § 1. D. de seruit. urb. praed. dixit „gradus et cliuos.“ In scalarum igitur aut cliuorum modum gradus describuntur; et inde ascendentium et descendentium appellatio. Antiquam eorum formam oculis animisque subieci, quam habebat a fronte Codex Theodosianus quidam ab Aemaro

Ranconneto V.C. paulo ante, quam optime de rep. meritum spiritum Deo redderet, mihi commodatus. [*Cf. Cod. Theod. cur. I. Cuiacio. Paris.* 1586. *uel* 1607. *fol.p.* 137. *Appendicis.*]* Ea est agnationis tantum, et parentes complectitur ac suos heredes, tam non naturales, ueluti matresfamilias, quae in manum conuenerunt, quam naturales, et ceteros, qui in transuersa linea sunt ex uirili sexu, quos omnes agnatorum appellatione comprehendi certissimum est, et eo iure eis omnibus legitimam hereditatem obuenire. In linea inferiori locantur non tantum mares, sed et feminae, non in transuersa uel superiori, quia lege hereditas ex transuerso uel directo sursum non redit, excepto secundo gradu ex transuerso. Id in ea descriptione obseruandum est maxime, inter superiorem et inferiorem lineam poni eum, de cuius agnatione quaeritur, et hoc praenomine designari *Ego,* quod et aliae tres antiquae graduum cognationis formae habent, quae Deo faciente in lucem edentur alio tempore. †)

---

*) Non repetimus eum *εἰκονισμὸν* qui in Cuiacii Opp. et Obseruationum exemplis, in Heineccii Antiqq. Romm. synt. ad Inst. 3.tit.6.§ 4., aput Haenel. not.† cit. et in aliis libris uulgatus est.

†) Hoc Cuiacii promissum non ipse quidem, sed nostris diebus G. Haenelius expleuit, qui Legi Rom. Visigothorum, Lps. a. 1849. 4°. editae non solum stemma quod ad hanc obs. pertinet, sed alia quoque ex codicibus Parisiensibus adiecit.

# ADNOTATIO
## AD TABVLAM SYSTEMA DELINEANTEM
### QVAE SEQVITVR PAGG. 192...197.

**1)** Ulpiani Institutiones potius quam Gai de iure non scripto silentes sequi uisum est: hae quidem a ciuili iure exordiuntur et non nisi huius definiendi causa differentiam iuris gentium exprimunt; illae contra generale iuris nomen per suas differentias explicantes ad iuris ciuilis definitionem quasi per gradus descendunt.

**2)** Gaius hanc doctrinam in duas partes diuisit (1) de generibus libertorum *1*.12...35., 2) qui quibus ex causis manu mittere non possint *1*.36...47.), cum eadem in Ulpiani libro quattuor partibus constet, sed non nulla ex priore Gaiana parte, puta differentiam Latinorum eorumque qui dediticiorum numero sunt (Gai.*1*.22...27.), ibi explicauit Ulpianus, ubi de his qui testamenti factionem cum testatore habent (*22*.2.3.), de quibus silet Gaius, traditum est, et de consequendo iure Quiritium proprium locum, quartum, formauit (*3*.1...6.). Ulpianus quae de iis qui dediticiorum numero sunt (Gai.*1*.13...15.), de seruis qui manu mitti non possunt (Gai.*1*.18...21., ubi genera libertorum explicantur,) deque dominis qui manu mittere prohibentur (Gai.*1*.37...41.47.) tradidit, ita continuo exposuit, ut quae ex lege Aelia Sentia de manu missionibus in Regularum libro recipienda essent, statim sese exciperent. quod commode quidem, neque uero sine suo incommodo factum est: quartam Ulpianam partem (*3*.1..6.) commodius sane, cum transitum ea ab alio libertorum genere ad aliud faciat, in priore tractauit Gaius, neque priores duas partes satis inter se distinxisse uidetur Ulpianus; idemque locos de aliis causis quibus iure ciuili manu missiones inpedirentur, deque libertate testamento danda addidit, quos Gaius non nisi obiter attigit in tractatu qui quibus ex causis manu mitti non possint.

**3)** De his qui sui iuris sunt Ulpianum paullo quidem exactius quam Gaium (cf.*1*.50.64.) scribere uidemus; neque uero proprium iis eique qui de alieno iure subiectis hominibus est, oppositum locum dare uoluisse putem. ita neque de ingenuis et de libertis quasi duobus doctrinae articulis egisse uidetur.

**4)** Et hic et ubi de soluenda potestate agit, Ulpianus seruos non memorat, ut qui de personis, non de hominibus potestati subiectis loquitur. aliter Gaius *1*.52...54. et 126.

**5)** Gaius de nuptiis nulla alia ratione, quam quod eae in-

ter patriae potestatis causas sunt, exposuit (cf.adnot.meam ad Gai. Institt.systema); Ulpianus uniuersam de nuptiis et dotibus doctrinam exponendo eius loci, qui est de personis alieno iuri subiectis, ordinem interrupit et quasi obscurauit. Rubricam DE NVPTIIS ex fr. *1.* (= Moss. et Romm. LL. Coll. *6.* 2.) adsumpsimus.

6) Regulae, sextas liberorum nomine e dote retinendas non in petitione esse (Ulp. *6.*10.) adicitur, dotem semel functam amplius fungi non posse, nisi aliud matrimonium sit (ib.§11.), i.e. post redditam dotem dotem exstare desisse, ideoque eius nec partem peti posse. id quidem ideo factum esse uidetur, quod illarum liberorum nomine consequendarum sextarum praeter retentionem nullum auxilium erat; quod autem ceteris ex dote faciendis retentionibus efficitur retentione, idem etiam post functionem dotis, quamuis ex ipsa quasi emortua iam nihil peti posset, aliis quoque auxiliis effici poterat. ita de moribus iudicio idem quod propter mores retentione consequebaris; ita propter necessarias inpensas indebiti condictionem habes (Ulp. L.5.§ 2.D. de inpensis in res dot. fact. *25.*1.) utilesque etiam marito actionem pariunt (Id.L.7.i.f.D.sol.matrim dos q.a.m.pet. *21.*3.), non proprie eam quidem negotiorum gestorum (Paul.L.12.D. *25.*1. cf. Iustinian.L.un.§5.C.de rei uxor. act. *5.*13.), quoniam durante matrimonio ipsius uiri dos est, sed ubi uideretur, facile in factum actiones dabantur; deinde propter res donatas etiam communibus reuocandi remediis qui donauerat, uti potuit; rerum denique amotarum etiam propria dabatur actio, uel si nulla dos erat. (Pomp.L.8.pr.D. rer. amotar. *25.*2.) Sane minus dura foret scriptura '..*petitione: nam dos* et c.': nam Ulpiani regula hoc sibi uult, has (tres) sextas ex dote liberorum nomine marito permissas non nisi retentionis auxilio eum consequi posse, cum aliud quo uteretur, nullum iure proderetur, neque ex dote iam non exsistente quidquam peti posset.

7) Loci 7.1.2. aperte ad has retentiones pertinent, in quarum explicatione etiam de donationibus inter uirum et uxorem et rerum amotarum actione praecepta tradiderit auctor.

8) Ratio §i 3. retentionum tractatui adiciendae haec fuerit: si maritus ex causa non dotali mulieris creditor factus est, e.c. propter inpensas in res mulieris extra dotem constitutas a se factis ('*si in rem eius inpenderit*'), item dotis partisue eius retinendae ius habet, neque tamen pari atque in ueris illis retentionibus effectu, i. e. eo, ut quod sibi debetur, quasi solutum haberet, sed eo dum taxat, ut retineret usque dum mulier ei solutum iri caueret ('*stipulatione tribunicia*').

9) Gaius (*1.*188.) nolle, in quot genera tutorum species de-

ducantur, definire dicit: Ulpianus Seruium Sulpicium secutus tria genera ponit.

10) Utrum Ulpianus quae rubricis B et C indicauimus, exposuerit nec ne, neque adfirmare neque negare ausim.

11) Commentaria ad LL. I. et P.P. iuris consulti inter iuris libros non ante condidisse uidentur, quam ius ciuile in artem redegerant; unde factum est, ut noua quasi ex nouellis legibus deprompta doctrina de poenis caelibatus orbitatisque et matrimonii liberorumque praemiis separatim plerumque tractaretur, neque cum reliquis partibus in ordinem redigeretur. Aliam uiam ingressi sunt et Celsus et in Regularum libro Ulpianus: hic enim de caelibe orboque dissertationi quartam totius de condicione hominum tractatus partem permisit. In medio relinquendum est, utrum a propriis diuisionibus maritorum et caelibum, item patrum et orborum locus exorsus esset. ceterum eum ordinem auctor secutus est, quem in eiusdem ad LL. I. et P. commentariis consimilibusque libris obseruatum deprehendimus.

12) Quibus matrimoniis, quamuis per se iustis, neque caelibatus poenae uitarentur, neque legitima matrimonii praemia caperentur, titulo *13.* legimus; generale uero legis 'maritae' praeceptum de ineundo matrimonio non legitur, atque *de poena legis Iuliae,* i. e. ut caelebs incapax esset, praeter rubricam tituli *14.* nihil superest; ex enumeratione eorum qui ab hac legis poena liberi essent, unus locus *'Feminis...et sex mensum'* seruatus est; eorum denique qui a caelibatus poena siue propter corporis habitudinem, siue propter aetatem tum teneriorem tum grandiorem, siue propter consanguinitatem aliasue causas liberarentur, omnis recensio desideratur. Cf. Cuiac. Obss. *6.* 37.

13) Orbitatis maius erat incommodum, si uiro aut uxori qui quaeue ex matrimonio inter se contracto liberos non habebat, ex defuncti coniugis, minus, si eidem ex alienae personae hereditate aliquid relictum erat: quo casu dimidiam tantum partem amittebat (Gai. *2.* 111. 286. quam regulam in Ulpiani libro desideramus), illo uero non nisi decimam capiebat, cui adiciebantur decimae pro liberis ex alio matrimonio superstitibus, ut est aput Ulpianum tit. *15.*

14) Solitarii patris ut significationem, ita locum quo de eo ageretur, exactius definire non possumus. potuit patri si soluto matrimonio uiduus maneret, caelibatus poena ex parte remitti.

15) Caduca cum non solum propter caelibatum, sed multis etiam aliis ex causis fiant, parum recte de illis inter praecepta de caelibatu agi uidetur: uerum Ulpianus ita egit, ut le-

gibus Iuliae Papiaeque locum daret; quod neque maiorem offensionem habet, quam quod de nuptiis doctrinam inseruit in tractatum de personis quae in potestate sunt. cf.not.5.

16) Cf. quae ad Gaiani systematis partem II. ius quod ad res pertinet complectentem adnotauimus.

17) Hanc diuisionem expressam fuisse, ex *19*.11. conicere licet; non aeque de tribus aliis quas praemisimus, inter quas priores duae ita inter se differunt, ut prior iuris gentium, ciuilis altera sit.

18) Hoc argumentum apud Gaium non bene sic concinnatum est: *a*) adquisitio rerum corporalium (*2*.18...27.), *b*) incorporalium (*2*.28...39.), unde bis de mancipatione totidemque de in iure cessione agitur, et de hereditatibus ante quam rei opportunitas pateretur; *c*) usu capio (*2*.40...61.), cum alienatione siue domino negata siue non domino concessa (*2*.62...64.), cuius corollarii adiciendi causam dedit inprobae usucapionis usuque receptionis explicatio; *d*) adquisitiones naturales (*2*. 65...79.); *e*) alienationes rerum eorum qui sub tutela uel cura sunt (*2*.80 ...85). Ex his quinque locis quintum Ulpianus (*11*.27. cf.24.) ipse de tutela doctrinae recte uindicauit, quartum praetermisit, ut qui ad ius ciuile non magis pertineret quam ad naturale eorum qui rem in bonis tantum haberent, dominium. cetera argumenta, *a...c*, Ulpianus aptius secundum adquisitionum alienationumque species exposuit.

19)

| *Gaius* | *Ulpianus.* |
|---|---|
| 1. genera testamentorum. | *a*) genera testamentorum.<br>*k*) de testamento militis. |
| 2. qui testamentum facere non possit. | *b*) |
| 3. quem ad modum heres institui debeat. | *c*) |
| 4. de inutili heredum institutione. | *e*) qui heredes institui uel exheredari debeant.<br>*h*) quem ad modum testamenta rumpuntur. |
| 5. heres quem ad modum hereditatem adeat. | *f*) |
| 6. de substitutionibus. | *g*) de heredibus aut instituendis aut substituendis.<br>*i*) de pupillari substitutione. |
| 7. de seruis heredibus instituendis. | *pars d*) qui heredes institui possunt. |

Ulpianus irregularia testamenta, i. e. pupillare et militare, in fine loci tractare maluit et plenius exhibet id quod Gaius tantum non neglexit, caput de his qui testamenti factionem cum testatore habeant, e quorum numero Gaius seruorum hoc loco, Latinorum autem eorumque qui dediticiorum numero sunt, alio

mentionem iniecit, aliis omnino praetermissis. deinde Ulpianus recta quidem ratione quo modo testamentum iure fiat et quo modo fiat ut idem non ualeat, distinxit, sed effecit, ut eadem diuersis locis repetenda essent (cf. *22*.18. cum *23*.2.), quod incommodum Gaius h. l. euitauit.

**20)** Locos *a b c g* a Gaio fusius tractatos Ulpianus ad iustiorem breuitatem reuocauit, non nullaque ab illo neglecta protulit ac descriptionis ordinem commodius ita mutauit, ut legis Falcidiae praecepta nouissimo loco proderentur.

**21)** Alium atque Gaius ordinem Ulpianus sequitur, ab iis exorsus quae omnium fidei commissorum communia sunt (ad *25*.5. cf. *24*. 25.), ita procedit, ut perpetuo ordinem loci qui de legatis est, sequatur; id quod Gaius similiter sibi proposuerat; unde factum est ut in hac parte tacitum fidei commissum omitteretur, quamuis tacita fidei commissa omnia non caperentur. deinde uariae fidei commissorum species quae peculiarem explicationem desiderare uiderentur, sequuntur. Gaius contra a fidei commissariis hereditatibus initio sumpto ad singularum rerum fidei commissa transit ac nouissime differentias fidei commissorum ac legatorum explicat.

**22)** Mirum est quantum quod ad hunc locum pertinet, in Gaio desideretur; de legitimis heredibus, tam iure nouo uocatis quam libertorum, nihil eum habere, ut a neglegentiae crimine uix liberandus esse uideatur. quod *3*. 18. legitur *'Hac tenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum hereditates'*, bona pace dixerim, mendacium est, cum iure XII tabularum etiam successiones patronorum, a Gaio praetermissae illae, adgnoscerentur. Ceterum eundem ordinem sequi uoluisse Gaium, quem distincte secutus est Ulpianus, Gaianumque locum *3*.17. finiri eumque excipere tractatum de altera per uniuersitatem adquisitione, i. e. de bonorum possessionibus, Mommseno extra dubium esse uidetur.

**23)** Ex eo commate quo ab hereditatibus ad bonorum possessiones transitum Ulpianus faciebat, quocum comparare possis Gaium *3*. 18...25., pragmaticus ille qui quondam ex Regularum libro eum quem nunc superstitem habemus, excerpsit, uerba *27*.5. sumpsisse uidetur.

**24)** Gaius hoc caput quasi per indicem tetigisse satis habuit, cum diligentiorem interpretationem propriis commentariis exposuerit (*3*.33.54.); quo fit ut ex eius cum Ulpiano comparatione parum proficiamus.

# TABVLA DELINEATIONEM
# SYSTEMATIS VLPIANI LIBRI SINGVLARIS REGVLARVM
## CVM GAIANARVM INSTITVTIONVM ORDINE COMPARATI
## EXHIBENS.

| | Vlpianus. | Gaius. |
|---|---|---|
| RVBRICAE QVAS VT GENVINAS RETINERE VISVM EST, HVIVS MODI INITIALIBVS LITTERIS EXPRESSAE SVNT; | | |
| quas ipsi ex his quae nobis ex Vlpiani libro supersunt, effinximus, ut iuris auctoris rationem siue ordinem, non ut eius uerba adsequeremur, uulgaribus litteris scripsimus; | | |
| *inclinatis denique eas quibus deperditas libri partes significare uoluimus.* | | |
| *Iuris definitio. Ius aut publicum aut priuatum*[1]. | * * * | |
| *Ius priuatum aut naturale aut gentium aut ciuile*[1]. | * * * | I.1. |
| *Ius ciuile aut scriptum aut non scriptum*[1]: | * * * | |
| 1. *De partibus ex quibus ius scriptum constat:* | * * * | I.2...7. |
| a. de legibus *plebiue scitis* . . . . . . . . . | **1*,1...3. | 3. |
| b. *de senatus consultis* . . . . . . . . . . . | * * * | 4. |
| c. *de constitutionibus principum* . . . . . . | * * * | 5. |
| d. *de edictis magistratuum* . . . . . . . . . | * * * | 6. |
| e. *de responsis prudentium* . . . . . . . . | * * * | 7. |
| 2. De moribus (siue iure non scripto) | *1*,4. | |
| *Ius ciuile uel ad personas pertinet uel ad res uel ad actiones.* | * * * | I.8. |
| ***I. De condicione hominum.*** | | |
| (*VLP.I.5...XVIII. GAI.I.9...200.*) | | |
| *I. Omnes homines aut liberi sunt aut serui* | * * * | I.9. |
| *Liberorum hominum alii ingenui sunt, alii liberti* | * * * | I.10.11. |

| | Vlpianus. | Gaius. |
|---|---|---|
| DE LIBERTIS [2]. | I.5...III. | I.12...47. |
| 1. Libertorum genera: | I.5...11. | |
| A. ciues Romani . . . . . . . . . . . . . . . | *1*,6...9.** | } 16.17. |
| B. Latini . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | *1*,10. | |
| C. dediticiorum numero . . . . . . . . . . . . | *1*,11. | 13...15. |
| 2. Qui manu mitti uel manu mittere prohibeantur | I.12...19. | I.(18...27.)36...47. |
| A. lege Aelia Sentia . . . . . . . . . . . . . . | *1*,12...15. | I.18..21.37...41.47. |
| B. ex aliis iuris ciuilis causis . . . . . . . . | *1*,16...19. | (cf.I.35.) |
| 3. De libertate testamento data | I.20...II.12. | |
| A. Quem ad modum testamento libertas detur . | *1*,20...23. | |
| B. Ad legem Furiam Caniniam . . . . . . . . . | *1*,24.25. | I.42...46. |
| C. De eo qui sub condicione liber esse iussus est. (DE STATV LIBERIS.) . . . . . . . . | *2*,1...6. | |
| D. De libertate directo aut per fidei commissum data . . . . . . . . . . . . . . . . . . | *2*,7...12. | (II.263...67.) |
| 4. DE LATINIS quibus modis ius Quiritium consequantur . . . . . . . . . . . . . . . . . | III.1...6. | I.28...35. |
| II. DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT uel alieno iuri subiecti | IV...X. | *I*.48...141. |
| Quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae [3] . . . . . . . . . . . . . . | IV.1.2.** | I.48.cf.50.64. |
| 1. Earum personarum quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt | V...IX. | I.49...123. |
| A. DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT [4] | V...VIII. | I.51...107. |
| a. De liberis parentium ex iusto matrimonio natis (*Inde*) | V.1. | I.55. |
| *a'*. *DE NVPTIIS* [5] | fr.*1* et V.2...10. | I.56...64. |
| *b'*. DE DOTIBVS [5] | VI...VII.3. | |
| 1. Dos quem ad modum constituatur . . | *6*,1...3. | |
| 2. Soluto matrimonio dos quem ad modum restituatur . . . . . . . . . | *6*,4...8. | |
| 3. De retentionibus ex dote quae fiunt propter . . . . . . . . . . . . | *6*,9...*7*,3. | |
| a. liberos [6], . . . . . . . . . . . | *6*,10.11. | |
| b. mores, . . . . . . . . . . . . | *6*,12.13. | |
| c. inpensas in res dotales factas, . . | *6*,14...17. | |
| d. res donatas [7], . . . . . . . . . . | *7*,1. | |
| e. res amotas [7], . . . . . . . . . . | *7*,2. | |
| f. negotia uxoris gesta [8]. . . . . . | *7*,3. | |
| b. De liberis quorum causa probata est. | VII.4. | I.65...96. |
| c. DE ADOPTIONIBVS. | VIII. | I.97...107. |
| B. DE HIS QVI IN MANV SVNT | **IX** | I.108...115[b]. |
| a. *usu* . . . . . . . . . . . . . . . . . | * * * | I.111. |

| | Vlpianus. | Gaius. |
|---|---|---|
| b. farreo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | *9*,1.** | I.112. |
| c. *coemptione* . . . . . . . . . . . . . . . | * * * | I.113...115[b]. |
| C. *De his qui in mancipio sunt.* | * * * | I.116...123. |
| 2. QVI IN POTESTATE manu MANCIPIOVE SVNT QVEM AD MODVM EO IVRE LIBERENTVR. | X. | I.124...141. |
| A. Liberi parentium potestate quem ad modum liberentur . . . . . . . . . . . . . . . . | *10*,1...5. | I.124...136. |
| B. *Quae in manu sunt quem ad modum eo iure liberentur* . . . . . . . . . . . . . . . . | * * * | I.137. |
| C. *Qui in mancipii causa sunt, quo modo sui iuris fiant* . . . . . . . . . . . . . . . . | * * * | I.138...141. |
| III. Ex his personis quae sui iuris sunt, quaedam in tutela sunt uel in curatione, quaedam neutro iure tenentur | XI.XII. | I.142...200. |
| 1. DE TVTELIS. | XI. | I.143...196. |
| A. De his qui in tutela sunt . . . . . . . . . | *11*,1. | cf.I.189.190. |
| B. Genera tutorum[9] . . . . . . . . . . . . . | *11*,2. | vid.I.188. |
| a. legitimi . . . . . . . . . . . . . . . . | *11*,3...20. | (I.144...187.) |
| a'. ex lege XII tabularum : agnati, patroni | » 3...13. | I.155...172. |
| b'. eadem lege confirmantur testamento dati tutores . . . . . . . . . . . . | » 14...17. | I.144...154. |
| c'. de tutoribus qui ex legibus Atilia, Iulia et Titia, Iunia et Iulia de maritandis ordinibus dantur . . . . . . . . . . | » 18...20. | I.173...187. |
| b. ex senatus consultis dati . . . . . . . . | *11*,20[a]...23. | |
| c. moribus dati . . . . . . . . . . . . . . | *11*,24. | |
| C. De negotiis gerendis et auctoritate interponenda . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | *11*,25...27. | I.182...193. |
| D. Quibus modis tutela finiatur. . . . . . . . | *11*,28.28[a]. | I.194...196. |
| 2. DE CVRATORIBVS[10] | XII.** | **I.197.198...200. |
| A. Genera . . . . . . . . . . . . . . . . . . | *12*,1. | ? |
| a. legitimi . . . . . . . . . . . . . . . . . | *12*,2. | * * * |
| b. honorarii . . . . . . . . . . . . . . . . | *12*,3.4. | **I.197.198. |
| ? B. *De administratione et satis dationibus* . . | * ? * | I.199.200. |
| ? C. *Quando curatores esse desinant.* . . . . . | * ? * | |
| IIII. DE CAELIBE, ORBO ET SOLITARIO PATRE ad legem Iuliam et Papiam Poppaeam[11] | XIII...XVIII. | |
| 1. *De nuptiis contrahendis et de poenis caelibatus*[12] | ? | |
| A. Quibus nuptiis contractis legi non pareatur | *13*. | |
| B. DE POENA LEGIS IVLIAE, *incapacitate* . . . | rubr.*14*** | |
| C. De personis exceptis . . . . . . . . . . . | ***14*** | |
| 2. *De liberis procreandis et de poena orbitatis* | * * ** | |
| A. *Orbus quid ab extraneo capere possit* . . | * * * | |

| | Vlpianus. | Gaius. |
|---|---|---|
| B. Orbus quid a coniuge capiat . . . . . . . | *15...16*.2. | |
| a. DE DECIMIS et quid praeter decimam capiat . . . . . . . . . . . . . . . . . | *15*. | |
| b. DE SOLIDI CAPACITATE INTER VIRVM ET VXOREM . . . . . . . . . . . . . . | *16*.1. | |
| c. De incapacitate . . . . . . . . . . . . . . | *16*.2. | |
| C. Communia de caelibe et orbo[14] . . . . . . | *16*.3.4. | |
| D. DE CADVCIS[15] . . . . . . . . . . . . . . . | *17*****18*. | cf.II.206.sq. |
| ***II. De rebus***[16]. | | |
| (*VLP.XIX...XXIX. GAI.II.III.*) | | |
| ? *Res uel in nostro patrimonio sunt uel extra nostrum patrimonium habentur* | * ? * | II.1. |
| ? *Res aut diuini iuris sunt aut humani* | * ? * | II.2...9. |
| ? *Res quae humani iuris sunt, aut publicae sunt aut priuatae* | * ? * | II.10.11. |
| *Quaedam res corporales sunt, quaedam incorporales*[18] | * * * | II.12...14. |
| Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi (*iure ciuili*) | XIX.1. | **II.14...17. |
| I. DE DOMINIO ET ADQVISITIONIBVS singularum RERVM | XIX.2...21. | II.18...79. |
| 1. Quibus modis singularum rerum dominium nobis adquiratur . . . . . . . . . . . . . . | *19*,2. | |
| A. mancipatione rerum mancipi . . . . . . . | * 3...6. | II.22...37. |
| B. traditione rerum nec mancipi . . . . . . . | * 7. | II.19...21. |
| C. usu capione tam mancipi rerum quam nec mancipi . . . . . . . . . . . . . . . . . | * 8. | II.40...60. |
| D. in iure cessione tam mancipi rerum quam nec mancipi . . . . . . . . . . . . . . . | * 9...15. | II.22...37. |
| E. adiudicatione tam mancipi rerum quam nec mancipi . . . . . . . . . . . . . . . . . | * 16. | (cf.IV.39.42.II.219.) |
| F. lege tam mancipi rerum quam nec mancipi | * 17. | (cf.II.97.) |
| 2. Per quas personas nobis adquiratur . . . . . | * 18...21. | II.86...96. |
| II. *Quibus modis per uniuersitatem res nobis adquirantur* | [XX...XXVIIII.** | II.97...III.87. |
| 1. *De hereditatibus* | XX...XXVII.4. | II.99...III.76. |
| A. DE TESTAMENTIS[19] . . . . . . . . . . . | XX...XXIII. | II.100...190. |
| a. Testamentum quid sit, et genera testamentorum . . . . . . . . . . . . . . . . | *20*,1...9. | II.101...108. |
| b. Qui testamentum facere non possit . . . | *20*,10...16. | **II.112..13.118. |
| c. QVEM AD MODVM HERES INSTITVI DEBEAT . . . . . . . . . . . . . . . . | *21*. | II.114...117. |

| | Vlpianus. | Gaius. |
|---|---|---|
| d. QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT . . . . . | 22,1...13. | II.185...190. |
| e. Qui heredes institui uel exheredari debeant | 22,14...23. | II.123...137. |
| f. Heres quem ad modum hereditatem adeat | 22,24...32. | II.152...173. |
| g. De heredibus aut institutis aut substitutis | 22,33.34. | II.174...178. |
| h. QVEM AD MODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR aut inrita fiunt; item testamenta non iure facta quando ualeant . . . . | 23,1...6. | II.130...34.138...51. |
| i. De pupillari substitutione . . . . . . . . | 23,7...9. | II.179...184. |
| k. De testamento militis . . . . . . . . . . | 23,10. | II.109...111. |
| B. DE LEGATIS [20] | XXIIII. | II.192...245. |
| a. Legatum quid sit, et genera legatorum . | » 1...6. | II.192. |
| b. Quo genere quae res legari possit et de generum differentiis . . . . . . . . . | » 7...14. | II.193...223. |
| c. De inutiliter relictis legatis. . . . . . . | » 15...24. | II.229...245. |
| d. De utiliter relictis legatis . . . . . . . . | » 25...28. | |
| e. De ademptione legatorum . . . . . . . . | » 29. | |
| f. De adquisitione legatorum. (Quando dies legati cedat.) . . . . . . . . . . . . . | » 30.31. | |
| g. De modo legatorum ad legem Falcidiam | » 32.33. | II.224...228. |
| C. DE FIDEI COMMISSIS [21] | XXV. | II.246...289. |
| a. Fidei commissum quid sit . . . . . . . . | » 1. | |
| b. Quibus modis quis quid cui fidei commissum relinquere possit et de petitione eius . . . . . . . . . . . . . . . . | » 2...13. | II.249.269...287. |
| c. De fidei commissariis hereditatibus . . . | » 14...16. | II.247...259. |
| d. De fidei commisso tacito . . . . . . . . | » 17. | |
| e. De fidei commissaria libertate . . . . . | » 18. | II.263...267. |
| D. DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS [22] | [XXVI...XXVII.4. | |
| a. De gentiliciorum hereditatibus . . . . . | 26. | |
| a'. ex lege XII tabularum . . . . | [26,1...6.et fr.2.fin. | III.1...17. |
| b'. ex senatus consultis Orfitiano et Tertulliano . . . . . . . . . . . . . . | 26,7.8. | |
| b. DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS . . . . | 27,1...4. | |
| 2. De bonorum possessionibus | [XXVII.5....XXVIIII.. | III.18...76. |
| Bonorum possessionis introducendae causae [23] | **27,5.** | III.18...25. |
| A. DE POSSESSIONIBVS DANDIS ex successorio edicto [24] . . . . . . . . . . . . . . . | 28. | III.26...38. |
| a. Quibus detur bonorum possessio . . . . | » 1...9. | III.26...34. |
| a'. contra tabulas . . . . . . . . . . | » 2...4. | |
| b'. secundum tabulas . . . . . . . . . | » 5.6. | |
| c'. intestati . . . . . . . . . . . . . | » 7...9. | |
| b. De temporibus dandae et effectu datae bonorum possessionis . . . . . . . . . | » 10...13. | |

| | Vlpianus. | Gaius. |
|---|---|---|
| B. DE BONIS LIBERTORVM possidendis ex edicto partis dimidiae et lege Papia . . . . | *29.* | III.39...54. |
| a. De iure patroni in bonis liberti . . . . . | » 1. | III.40..42. |
| b. - - - - libertae . . . . | » 2.3. | III.43.44. |
| c. - - filii patroni . . . . . . . . . . . | » 4. | III.45. |
| d. - - filiae - . . . . . . . . . . . | » 5. | III.46..48. |
| e. - - patronae . . . . . . . . . . . . | » 6.7. | III.49...52. |
| f. - - *filii filiaeue patronae* . . . . . . | * * * | III.53. |
| C. *De bonis Latinorum libertorum* . . . . . . | * * * | III.55...73. |
| D. *De bonis eorum qui dediticiorum numero sunt* | * * * | III.74...76. |
| 3. *De bonorum emptionibus aliisque per uniuersitatem adquisitionibus* | * * * | III.77...87. |
| III. ***De obligationibus*** | * * * | III.88...225. |
| * * * * * * * * * * * * * * | * * * | (III.88...219.) |
| *DE INIVRIIS* | fr. *3.* | III.220...225. |
| ***III. De actionibus.*** | fr. *5.* | IIII. |
| Actionum genera sunt duo, in rem et in personam | » pr. | IV.1...5. |
| Actionum quaedam ex contractu, quaedam ex facto, quaedam in factum sunt . . . . . . . . . . | » § 1. | cf. IV.6...9. |
| Omnes actiones aut ciuiles dicuntur aut honorariae | » § 2. | . . . |
| * * * * * * * * * * * * * * | * * * | IV.10.sqq. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Pag. | 5. | ℣. | 8. | lege: | consulem, proconsulem praetoremue |
| - | — | - | — | : | 15.sqq.) ita recte Mommsen. in *Stadtrechte v. Salpensa* p.435.sq. not.131. |
| - | — | - | 21. | adde: | Vid.Paul.L.6. pr.D.quod cuiusc. uniu. nom. *3*.4. Herm.L.1.§ 2.Arc.Char.L.18.§ 27.D. de mun. et hon.*50*.4. |
| - | — | - | 33. | — | post L.4. ib. cum Paul.S.R.*2*.25.§4. |
| - | 9. | - | 31. | — | — *40*.2. Paul. L.24. D. de manu missis uindicta *40*.2. |
| - | 10. | - | 28. | corrige: | in L.11. |
| - | — | - | 30. | adde: | Pap.L.25.D.qui et a quib.manum.*40*.9. |
| - | 11. | - | 22. | — | post L.1.: Paul.L.24. |
| - | — | - | 23. | — | Mod.L.11.D.de fideic.libert.*40*.5. |
| - | 12. | - | 30. | — | post Nervae: adsentiens Fufidium carpit |
| - | 18. | - | 29. | corr.: | Dosith. |
| - | 20. | - | ult. | adde: | Plutarch.Qu.Rom. ed.Reisk.7.p.76. 163.sq. |
| - | 27. | - | 17. | — | post *facit:* Gloss.Philoxeni et alior. „*Repensare, ἀντιστῆσαι, ἀναδοῦναι. Repenso, ἀντισταθμίζω, ἀντεξισάζω.* Inde *repensatio, ἀντισήκωσις, ἀντιστάθμισις.* Salmas. de modo usur. c.5.i.f.cf. v.Pensatio. ' |
| - | — | - | 21. | — | post Cf.: *poterint* ap.Gai.*1*.146. et |
| - | — | - | 29. | — | — *pictoriis:* Cuiac.Obss.*6*.37. et Menag. Amoen. iur. c. 29.i.f.uoluerunt *tectoriis* |
| - | — | - | 35. | corr.: | Cf.Ulp.L.5.§3. L.14.§ 1.D. |
| - | — | - | 36. | adde | post 'eod.: Scaev. L.61. pr.D. locati *19*.2. Vid.Paul. L.29. § 2. D. de pign. et hyp.*20*.1. (*pretiosior*), Diocl. et Max.L.16.C.de praed. et al.*5*.71. (*sumptus meliorati praedii*). |
| - | 28. | - | 25. | — | post Cod.*5*.16.: Plutarch.Qu.Rom.ed.Reisk. 7.p.77.sq. |
| - | 31. | - | 14. | — | Sed vid. Ez. Spanhem.Orb.Rom. ed.*2*. Londin.1703. 4°.p.168. Wenck Opuscc.p.11. cf.p.xxx. |
| - | 32. | - | 13. | corr.: | aut [et]iam |
| - | — | - | 22. | adde | post *iam:* quod ferendum non esse Lachmannus ad Gai.*1*.127.adnotavit. |
| - | 36. | - | 28. | — | post Gai.*1*.91.: et 84. cum locc.ibi citt. |
| - | 44. | - | 23. | — | : et impr. L. Iul. municip. ℣. 48. sq. aer. Neapol. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. 45. | ỹ. 27. | adde | post Paul.S.R.4.9.i.f.: Aes Malacitan. c. 56. |
| - 47. | - 34. | — | — Claud.c.23. Gell.N.A.2.15. Aes Malacit. c.59. ,,*qui maritorum numero est.*" |
| - 51. | - 22. | adde: | 25. sq.) Edd. ut ordinem quem infra §§ 8. sqq. tenent, iam h. l. observarent, *usu capione, in iure cessione,* |
| - 52. | - 26. | — | 12) Fort. usu capio autem est Sed Gaius etiam *autem* pari modo conlocat. |
| - 71. | - 24. | corr.: | TVM) nunc ex Gaio addidi |
| - 73. | - 10. | corr.: | habe*nt* |

# INDEX.

| | pagg. |
|---|---|
| Dedicatio et praefationes . . . . . . . . . . . | I...XIII. |
| Notarum explicatio . . . . . . . . . . . . | XIV. |
| Vlpiani liber singularis Regularum ex cod. Vat. cum critica locorumque similium adnotatione . . . . | 1...101. |
| Ex eodem quae in Mosaicarum et Romm. LL. Collatione atque Digestis Iustiniani imp. supersunt c. adnotatione . . . . . . . . . . . . | 102...107. |
| Theod. Mommseni excursus ad Ulp. *1*.21., 7.2., *16*.1[a]. | 108. |
| Eiusdem de Vlpiani Regularum libro sing. disputatio | 109...120. |
| Vlpiani Institutionum quae supersunt cum praefatione, adnotatione et Vindobonensium laciniarum exemplo picto . . . . . . . . . . . . . . . | 121...140. |
| Veteris ICti de iure fisci quae uocant fragmenta cum praefatione et adnotatione . . . . . . . . . | 141...157. |
| De iuris partibus et de manu missionibus commentarius ex Dositheo emendatus . . . . . . . | 158...169. |
| De parricidii poena locus ex eodem Dositheo . . . | 170. |
| Pauli Sent. rec. *3*.5. §§ 10...12. ex cod. Paris. num. 4406. | 171.172. |
| Eiusd. Institutionum lib. II. tit. *De dotibus* ex Boethii Comm. ad Cic. Top. . . . . . . . . . . . | 173. |
| Sexti Pomponii regula de seruitutibus . . . . . | 174. |
| Aem. Papiniani ex lib. I. Responsorum sub tit. *De pactis inter uirum et uxorem* responsum . . . . . . | 175.176. |
| Ex Ulpiani lib. VI. ad edictum locus nuper repertus . | 177...179. |
| Herennii Modestini regula de testamento sine die et consule . . . . . . . . . . . . . . . . | 179. |
| Sententia ex Modestini lib. I. Differentiarum cum Cuiacii Obss. *6*.9. . . . . . . . . . . . . . | 180...182. |
| De gradibus cognationum cum *εἰκονισμῷ* . . . . | 183.184. |
| Iac. Cuiacii Obseruationum lib. VI. cap. 40 . . . . | 185.186. |
| Adnotatio ad tabulam systema delineantem, et ipsa | 187...191. |
| Tabula delineationem systematis Vlpiani libri singularis Regularum cum Gaianarum Institutionum ordine comparati exhibens . . . . . . . . . . | 192...197. |
| Addenda et corrigenda . . . . . . . . . . | 198...199. |

---

Lipsiae, typis J. B. Hirschfeld.